



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>





Mr. Afcet - 38

Acc. 4079

Collegij Societatis IESV Monachij  
**EVANGELIVM**  
**VNICVM**  
**DOMINI NOSTRI**  
**IESV CHRISTI**

Ex Verbis ipsis quatuor Euangelistarum conflatum, & in Meditationes distributum,

Paucis aliquot alijs Meditationibus adiectis, & Notis pro Historia sensuque literali.

AUTHORE

R. P. IO. BAPTISTA RICCIOLIO  
SOCIETATIS IESV  
SEBASTIANI.



BONONIA.

Typis Hieredis Victorij Benatij. 1667.  
Superiorum permisso.

**Bayerische  
Staatsbibliothek  
München**

ADM. REV.  
PATRI IN CHRISTO  
P. IO. PAVLO  
OLIVÆ  
SOC. IESV  
Præposito Generali.

¶¶¶¶¶  
¶¶¶¶¶



Vangelium hoc unicum, meorum in Provincia, nostroque Collegio Præsidum nutu, ex quatuor Euangelistis concinnatum, atque in partes Meditationibus congruas distributum, cuinam potius à me dicandum fuit, quam Sanctiss. Patriarchæ nostri IGNATII successori tam digno, nec dubium quin optanti,  
† 2 quod

quod ille in votis habuit, vt nostræ Societatis homines, Vitæ Saluatoris nostri IESV CHRISTI, ex ipso Euangelio decerpserat, meditando studerent? Debebatur præterea contextus hic Euangelicus. Tubæ isti Euangelicæ, quæ tam iucundo salutari-que clangore, de Palatio Aposto-lico, Vrbisque suggestis, orbem Christianum personuit vniuersum. Neque verò facundiam tantummodo disertissimi oris Tui; sed sapientiam eloquij my- stici; sed in consilijs solertiam prudentissimam; sed Rectitudinem mentis, pectorisq; Constantiam, sed amabilem simul, ac ve- nerabilem discretissimi zeli tem- periem, sed omnium denique il- larum virtutum cumulum, quæ requiri possunt regendæ Societa- ti nostræ toto iam Orbe diffusæ; hæc in quam, non solus Ordo no- ster, verùm & Purpurati Patres,

&amp;

& Insulati Antistites, & seculi hu-  
ius Principes Catholici, Reges,  
Imperatores, suspiciunt, literis  
que Romam, & aliò datis, amo-  
ris, & admirationis luculentissi-  
mis notis testati sunt: sufficeret  
instar cuiuscunque præconij com-  
memorare, Tanti Te fuisse apud  
Sanctiss. Mem. Alexandrum VII.  
esseq; nunc penes Ter Maximum  
successorē illius Clementem IX.  
quanti esse potest testis lux ipsa  
Solis. Sed inhibendus est cala-  
mus: vereor enim modestiæ tuæ  
verecundiam, cuius arcano im-  
perio est obtemperandum. Ta-  
ceo pariter, quas in me immeri-  
tissimum gratias contulisti, ea-  
rum enim pondere pressus, cogor,  
si non animo ( quod à me alienis-  
simum esse volo ) operis certè  
pensitate, aut viuere, aut videri  
semper ingratus. Consultius ita-  
que fuerit coram facundissimo  
Præside, septuagenarium me in-

+ 3 fan-

**fan tem , silendo citius quam bal-  
butiendo profiteri : & Tuam Be-  
n edictionem , vt suppliciter de-  
precor, præstolari . Vale.**

**Datum Bononiæ Anno 1667.**

**Adm. Reuer. Paternit. Tuæ**

**Deuotiss. atq; Humill. in Christo  
filius, & seruus**

**Io. Bapt. Ricciolius S. I.**

Facultas R.P. Ludouici Bomplani Societ. Iesu Visitatoris in Prouincia Veneta.

**C**VM Euangelium Vnicum ex verbis ipsis quatuor Euangelistarum conflatum, & in Meditationes distributum, cum Notis pro historia, sensuq; literali P. Io. Baptiste Riccioli Soc. nostrae Sacerdotis, aliquot eiusdem Societatis Theologi recognuerint, & in lucem edi posse probauerint; Nos quoq; habita facultate à R. P. N. Ioanne Paulo Oliua Soc. Iesu Praeposito Generali concedimus, ut typis mandari possit, si ita iudicauerint illi, ad quos pertinet: In cuius rei fidem has literas manu nostra subscriptas, nostroq; sigillo munitas dedimus.

Bononiae d. 14. Aprilis an. 1667.

Ludouicus Bomplanus.

Locus  Sigilli.

**Ad nutum Eminentiss. & Reuerendiss. D.  
D. Card. Boncomp. Archiepisc. Bonon.  
ac Principis reuidi harum Meditatio-  
num præsens volumen sine meditatio-  
ne approbatum ; Quippe quod quoti-  
dianum præbeat menti , cibum exqui-  
fitæ sapientiæ conditum iucundissimo  
sapore ; ac omni refertum eleclissimi  
spiritus suauitate.**

**D. Joseph Cribellus Cleric. Regul. Congregat.  
S. Pauli , ac Saera Bonon. Metropolit. Pa-  
nitentiaria Rector .**

---

**De mandato Reuerendissimi P. Inqui-  
sitoris Bononiensis vidi quæ elegan-  
tor, deuotè, ac ingeniosissimè scripsit  
Auctor , & ut typis mandentur adiu-  
dicaui.**


**Ego D. Theodosius Sanutus Pellicanus  
Bononiensis , Canonicus Lateranensis,  
Sac. Theol. Doct. Colleg.**

---

**Imprimatur  
F. Marcellus Ghirardus à Diana Sacrae  
Theologiae Lector , ac S. Officij Bo-  
noniæ Vicarius .**



# Index Operis.



- M**onita ad Lectorem pro uisu Euangely huius, & intentione Authoris. pag. I
- Monitum speciale pro desiderantibus meram Historiam Euangelicam ordinatè contextam, absq; interruptione, aut insitione alias rum Meditationum. pag. 12
- Apparatus Meditationum ad Conceptionem Deiparae, & Nativitatem Domini Nostri Iesu Christi; inchoandus prima die Decembrib; distributus in Meditationes XV. pag. 15
- Prima Pars Historiae Euangelicae, ab

*ab infantia Præcursoris, & Christi, usq; ad Baptismum, & tentationem Christi in deserto, distributa in Meditationes XXXIII. die 17. Ianuarij absoluendas.*

*pag.*

*41*

*Secunda Pars Historia Euangelica à Ioannis testimonio de Christo iuxta Iordanem, usq; ad Lazari mortem, & suscitionem exclusiū; distributa in Meditationes CXXXIX. & inchoanda die 18. Ianuarij: nisi incidat in diem Dominicam Septuagesime exclusiū; tunc autem interrumpenda, reseruatis reliquis Meditationibus, resumendis post Octauam Festi Corporis Christi.*

*pag.*

*97*

*Tertia Pars Historia Euangelica à morte, & suscitione Lazari inclusiū, usq; ad Ascensionem Domini inclusiū, distributa in*

*Me-*

Meditationes CIII. inchoanda  
Dominica Septuagesima, & con-  
tinuanda usq; ad Ascensionis Do-  
minica Festum. pag. 315

## Meditationes aliundè insertæ.

**A**pparatus ad Conceptionem  
Deiparae, Meditationes VIII.  
à prima die, ad diem usq; 8. De-  
cembris inclusuè. pag. 15

Apparatus ad Domini Adventum  
& Nativitatem : Meditationes  
VII. ex precipuis Prophetijs de  
Messia venturo ; à die 9. ad 15.  
Decembris inclusuè. pag. 33

Meditationes III. ex Epistolis ad  
Hebreos, & ad Galatas de Filio  
Dei iam Incarnato ; pro illis, qui  
triduo ante Renouationem vota-  
rum, nempè 29. 30, & 31. De-  
cembr.

cembris, inoluerint meditari de  
Paupertate, Castitate, & Obe-  
dientia. pag. 64

Meditationes III. ad nomen Iesu &  
Societatem sub hoc nomine mil-  
itantem, spectantes, pro diebus 2.  
3. & 4. Ianuarij. pag. 67

Meditationes ab Ascensione Domini  
exclusuè, usq; ad Octanam Cor-  
poris Christi in alio opusculo Deo  
volente dabimus.



MO-

# MONITÅ

## AD LECTOREM

Pro vſu Euangelij huius, &  
intentione Authoris.



VIT Sanctissimo Patriarchæ nostro Ignatius in votis, teste P. Natali, ut nostri præsertim Scholastici, Vitam Domini N. IESV Christi, ex Euangelijs depromptam, eligerent pro materia ad meditandum. Neque enim ex ullo alio fonte hauriri potest tam sincera, tam salubris, tam limpida, tam copiosa, tam dulcis vena aquæ salientis in vitam æternam, imo nec tam necessaria: si quidem Apostolus ad Hebreos scribens, cum Caput primum sic exorsus esset: *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Pro-*

A

phe-

*p̄betis : nouissime diebus istis locutus  
est nobis in Filio ; postea Capite se-  
cundo ita conclusit : Propterea  
abundantiūs oportet obseruare nos  
ea , quæ audiūimus , nē forte peref-  
fluamus , &c. At optanti meditari  
facta , & dicta Saluatoris nostri ,  
ex ipsissimis Euangelistarum ver-  
bis deprompta , nec paucæ , nec  
paruæ sese offerunt difficultates .*

I. Prima difficultas est Festo-  
rum , ac Feriarum dispositio in  
Kalendario Ecclesiastico ; tem-  
pus enim inter Natiuitatem Do-  
mini , & Resurrectionem , etiam  
quando Pascha incidit in extre-  
mum terminum , qui est dies 25.  
Aprilis ; non excedit dies 112. in-  
tra quos minimè arctari possunt  
gesta , & dicta Saluatoris ab Euan-  
gelistis tradita , ita ut singulis die-  
bus vnicam horam deputando  
Meditationi eorum , digeri possit  
animo , & mentaliter concoqui-  
tanta materia . Idcirco necessa-  
rium est interrumpere seriem Vi-

tæ Domini, vt præcipua mysteria  
illis temporibus meditemur, qui-  
bus ab Ecclesia celebrantur.  
Quod congruentius fiet si ab ini-  
tio Aduentus, vel à die prima  
Decembris meditari incipiamus,  
quæ apparatum Conceptionis  
**DEIPARÆ**, & Aduentus Do-  
mini eiusque infantiam, pueri-  
tiam, baptismum, tentationem,  
& initium prædicationis concer-  
nunt, progrediendo usque ad Do-  
minicam Septuagesimæ exclusi-  
uè, quæ nec citius quam die 18.  
Januarij, nec tardius quam die 21.  
Februatij potest contingere; at-  
que adeò à die 1. Decembris in-  
clusiuè, ad Septuagesimam exclu-  
siuè, non intercedunt dies, ac Me-  
ditationes pauciores quam 48.  
nec plures quam 82. A Domini-  
ca verà Septuagesimæ inchoan-  
da erit posterior illa pars vitæ  
Saluatoris, unde occasio proxi-  
ma extitit Passionis Dominicæ,  
& coniurationis Iudæorum de-

morte inferendâ illi, qui erat vita  
 hominum, & lux Mundi ; nempe  
 à suscitatione Lazari , inde enim  
 usq; ad octauam Festi Corporis  
 Christi sunt dies 130. pro quibus  
 ex Euangelio , & Actibus Apo-  
 stolorum decerpsumus Medita-  
 tiones 105. pro reliquis autem  
 ex ipsa Sacra Scriptura concin-  
 pauimus Meditationes 9. de æter-  
 na felicitate Sæctorum ab Ascen-  
 sione Domini ad Pentecostem ;  
 & 4. de donis principalibus in  
 Ecclesiam Diuinitùs effusis à fe-  
 ria 3. Pentecostes , & 4. de San-  
 ctiss. Trinitate, & tribus Personis  
 Diuinis singillatim à Dominica  
 Trinitatis inchoandas, & tandem  
 8. de Sanctissima Eucharistia us-  
 que ad Octauam Corporis Chri-  
 sti inclusuè . Postremò ab Octa-  
 ua Corporis Christi exclusuè ,  
 resumenda est reliqua Vita Sal-  
 uatoris inde , vbi Dominica Sep-  
 tuagesimæ fuit interrupta . Cum  
 autem ab Octaua Corporis Chri-  
 sti

stī exclusiuē ad diem primām,  
 Decembris intercedant, vt sum-  
 mum dies 186. & vt minimum  
 152. satius duximus reliquum  
 historiæ Euangelicæ, quod est in-  
 ter Tentationem Domini in de-  
 serto, & suscitationem Lazari re-  
 stringere ad Meditationes 139.  
 vt reliqui dies 47. supersint pro  
 Exercitijs Spiritualibus, & pro  
 Meditandis Beneficijs, & Attri-  
 butis Diuinis, aut miserijs huius  
 vitæ, & mundi vanitate, breuita-  
 te, &c. aut alijs similibus, pro cu-  
 iusq; deuotione, & propensione.

Duo insuper monita videntur  
 addenda. Primum est, vt illis die-  
 bus, quibus ab Ecclesia celebra-  
 tur aliqua Festa, quorum Medi-  
 tationes ex Euangēlio, vel Acti-  
 bus Apostolorum non assignau-  
 mus, altera hora, vel semihora  
 illis meditandis supererogetur.  
 Secundum est, vt tempore infir-  
 mitatis corporalis amicus aliquis  
 leniter, ac sedatè recitet nobis

Meditationis eo die assignatæ  
verba , nisi secus iudicauerit Su-  
perior , aut Confessarius noster .  
Hactenus de prima difficultate .

II. Secunda difficultas est di-  
uersitas Ordinis seruati ab Euan-  
gelistis in narrandis factis , ac di-  
ctis Saluatoris Nostri , præsertim  
post Baptismum eius , usque ad  
Passionem , in quam tanquam in  
Mare , quatuor hæc Paradisi flu-  
mina post aquarum diuortia ita  
confluunt , ut eodem penè ordi-  
ne illam repræsentent . Hinc orta  
est grauissima controuersia de  
numero Annorum Prædicatio-  
nis Christi Domini , & Pascha-  
tum interea celebratorum ; sed  
hanc controuersiam Nos tomo I.  
**Chronologiæ Reformatæ** , quan-  
ta potuimus diligentia discussi-  
mus toto ferè Libro VIII. & Ca-  
pite 7. Conclusimus probabilius  
esse inter Baptismum Christi , &  
Resurrectionem eiusdem quatuor Paschata , & tres solidos an-  
nos ,

nos, cum paucis mensibus intercessisse. Deinde Capite 15. exhibuimus Chronologicam Syntaxim Historiæ Euangelicæ, tribus diuersis vitæ nostræ annis multiplici collatione, ac studio constructam, cum non possemus iustis de causis omnino acquiescere illi toti syntaxi, quam suppeditarant nobis S. Augustinus de consensu Euangelistarum, aut Iansenius in Concordia Euangelica, aut Baronius, & Salianus in suis Annalibus, aut Barradius, Maldonatus, Bartholomæus Riccius, vel Cornelius à Lapide inscriptis super Euangelia, aut nauissimè Gerardus Ioannes Vofsius in Harmonia Euangelica. Qui tamen in multis nobis multum luminis prætulerunt. Hæc tamen diuersitas Meditari volentem, ut affectus in Deum excitet, moresque suos ad normam Euangelijs cōponat; potius, quām intellectum curiosa veræ rerum

8

gestarum seriei inquisitione instruat, non debet anxium habere, aut distractum; sed acquiescere poterit interim illi ordini, quem elegimus.

III. Difficultas est apparens repugnantia, quæ inter Euangelistas cernitur in gestis, verbisue Saluatoris enarrandis; sed ut post S. Augustinum libro de consensu Euangelistarum, alij multi prudenter aduerterunt, nulla est, nec esse potuit vera inter eos repugnantia; cuiusmodi non est, si quod vnum refert, aliud tacet, neque enim propterea illud negat, aut quod sèpiùs factum, vel pluribus personis dictum est; aliquis attendens ad principalius refert tanquam factum semel, aut vni dictum, aut si quis post vnum factum refert aliud immediatè, etiam si aliquid aliud factum intermediarit, quod prætermissum est, aut si occasione similitudinis factorum, dictorumue, alia similia,

lia, vel affinia narrantur immediatè post, etiam si non tunc, sed alias facta, vel dicta fuerint, aut si qui per alium fecit, per se ipsum fecisse ab alio narratur anticipando, vel postponendo per anachronismum, aut si pluribus personis cum Christo loquentibus, & diuersis formulis loquendi utentibus, unus Euangelistarum vnam, alter alteram formulam refert. Ideòque in Euangelistis S. Augustinus l. 2. de Consensu c. 19. illud agnouit: *Vel prætermissa, tunc recordantur, vel posterius facta præoccupant.* Qui libro quoque i. dixerat: *Marcus velut pedisequus, ac breuiator Matthæi,* &c. *Cum solo Ioanne nihil dixit; solus ipse per pauca; cum solo Luca pauciora; cum Matthæo verò plura.* Præcipuas tamen repugnantias apparentes in textu Euanglico repertas, breuissima distinctione conciliabimus, ne quid moræ hinc, aut perplexitatis Me-

8

gestarum seriei inquisitione instruat, non debet anxium habere, aut distractum; sed acquiescere poterit interim illi ordini, quem elegimus.

III. Difficultas est apparens repugnantia, quæ inter Euangelistas cernitur in gestis, verbisue Saluatoris enarrandis; sed ut post S. Augustinum libro de consensu Euangelistarum, alij multi prudenter aduerterunt, nulla est, nec esse potuit vera inter eos repugnantia; cuiusmodi non est, si quod vnum refert, alius tacet, neque enim propterea illud negat, aut quod sèpiùs factum, vel pluribus personis dictum est; aliquis attendens ad principalius refert tanquam factum semel, aut vni dictum, aut si quis post vnum factum refert aliud immediatè, etiam si aliquid aliud factum intermediarit, quod prætermissum est, aut si occasione similitudinis factorum, dictorumue, alia similia,

Iia, vel affinia narrantur immediatè post, etiam si non tunc, sed aliàs facta, vel dicta fuerint, aut si qui per alium fecit, per se ipsum fecisse ab alio narratur anticipando, vel postponendo per anachronismum, aut si pluribus personis cum Christo loquentibus, & diuersis formulis loquendi utentibus, unus Euangelistarum vnam, alter alteram formulam refert. Ideòque in Euangelistis S. Augustinus l. 2. de Consensu c. 19. illud agnouit: *Vel prætermissa, tunc recordantur, vel posterius facta præoccupant.* Qui libro quoque i. dixerat: *Marcus velut pedisequus, ac breuiator Matthæi,* &c. *Cum solo Ioanne nihil dixit; solus ipse per pauca; cum solo Luca pauciora; cum Matthæo verò plurima.* Præcipuas tamen repugnantias apparentes in textu Euanglico repertas, breuissima distinctione conciliabimus, ne quid moræ hinc, aut perplexitatis M~~ea~~  
A~~ea~~ ; dita-

ditationis tranquillitatem perturbet.

**IV.** Quarta difficultas est distractio animi, & dispendium temporis in præparandis punctis Meditationis, quando eadem historia narratur à pluribus Evangelistis, cum aliqua diuersitate non contemnenda, & tamen illa pars historiæ restringenda est ad vnam horam, nec vacat, aut placet toties seorsim illam meditando repetere, quot sunt Evangelistæ, qui eam referunt. Ad hanc difficultatem tollendam desideravi olim, vt præter vestem Domini in quatuor partes à militibus diuisam, vnicam haberemus tunicam desuper contextam per totum, hoc est vt præter Sancta quatuor Euangelia, vnicum haberemus ex omnibus illis fideliiter concinnatum: Quando non habemus canones rubrica distinctos, quos ordinavit S. Hieronymus, vt ipsam testatur Epistola

la 123. quæ est ad Damasum Pa-  
pam. Ergo diù multumq; de  
hoc negotio cogitans, tandem,  
duobus modis expediendum cen-  
sui. *Primo* enim ex pluribus Euan-  
gelistis candem historiam nar-  
rantibus illius verba elegi, qui  
cœteris copiosior est, & plura  
scitu digna refert, si vero aliis,  
vel alij aliquid amplius, vel di-  
uersum habent, quod non sit me-  
ra synonymia, vel metaphrasis,  
illud inserui. *Secundo* vbi opus  
esse iudicaui, breuiter indicaui  
rationem conciliandi apparen-  
tem inter Euangelistas repugnan-  
tiæ.



<sup>12</sup>  
MONITVM  
SPECIALE

*Pro desiderantibus meram Hi-  
storiam Euangelicam or-  
dinatè contextam,*

*Ex vnico hoc Euangelio  
concinnatam.*

**P**rimo loco ponenda est Verbi  
Diuini Generatio Aeterna  
ex cap. i. Euangely S. Ioan-  
nis, unde cum incarnatione eius-  
dem usq; ad versum 15. qua ha-  
betur apud nos prima parte Me-  
dit. 27. & 28.

Secundo loco ponenda est duplex  
Genealogia Christi; prior ordi-  
ne descensuo ab Abraham usq;  
ad Iesum, qua extat cap. primo  
Mat-

*Matth. usq; ad versum 17. posterior ordine ascensuo à Iesu usq; ad Adamum, que habetur cap. 3. Luca à versu 23. ad 38.*

*Tertio loco ponenda est Prima nostra pars Historiae Euangelicae, quae incipit à Meditatione XVI. diei item 16. Decembris, & terminatur Meditatione XLVIII. die 17. Ianuarij: prætermisis paucissimis Meditationibus aliunde insertis.*

*Quarto loco ponenda est Secunda nostra pars Euangelicae Historiae, quae incipit à testimonij. Ioannis de Christo iuxta Iordanem, & producitur usq; ad mortem, & suscitionem Lazari exclusuè; in Medit. 139. distributa.*


*Quinto loco ponenda est Tertia nostra pars Euangelicae Historiae, quae incipit à morte, & suscitione*

sione Lazari, & terminatur in  
Ascensione Domini ; sed inter  
Meditationem XLI. & XLII.  
inserendus est prolixus sermo  
Domini ; qui habetur cap. 14.  
Ioannis usq; ad versum 31. &  
eiusdem capitibus 15. 16. 17.  
quem nos de industria distuli-  
mus in tempus Paschale , & di-  
gessimus à Meditatione LXXV.  
ad XCIX. inclusuè eiusdem ter-  
tiae partis ; ac proinde continua-  
da erit Meditatio LXXIV. cum  
Meditatione centesima eiusdem  
tertiae partis . Et ità nullo negon-  
tio habebitur mera Historia  
Euangelica in unicum Euange-  
lium ex verbis ipsis Evangelista-  
rum contexta .



APPARATVS  
MEDITATIONVM  
A D  
CONCEPTIONEM DEIPARÆ  
Et Natiuitatem Domini Nostri  
IESV CHRISTI

Inchoandus prima die Decembris.



M E D I T A T I O I.  
*Pro die 1. Decembris.*

Punct.

I



V M SS. Ioachim de  
tribu Iuda , & Anna  
de tribu Leui contra-  
xissent inter se matri-  
monium illo ipso an-  
no 37. ante ortum

Christi , quo Antigono vltimo Rege , ac  
Pontifice Iudæorum sublati , translatum  
fuerat auctoritate Romanorum , regnum  
Iudæorum ad Herodem Idumæum . &  
alienigenam , vt in 1. tomo Chronolo-  
gia Reformatæ lib. 8. docuimus ; man-  
fis

sissentque steriles per annos 20. & peruenissent ad ætatis annum fere 67. tandem post feruentissimas preces, & largas eleemosynas impetrarunt à Deo prolem omnium (post Deum) felicissimam: Congruum enim erat, vt ad maximum miraculum fœcundæ Virginitatis Deiparae, sterneretur via, & gradus fieret per aliud miraculum fœcundæ sterilitatis, ac senectutis parentum Deiparae, vt aduertunt SS. Gregorius Nyssenus, & Ioan. Damascenus, tantoq; maiori apparatu precum, iejuniorum, & eleemosynarum sterneretur thalamus Sanctæ Sanctorum, quanto Mater Dei maior futura esset Samuel, & alijs Sanctis, cum huiusmodi præuijs conditionibus à Deo concessis.

**II. Archangelus itaque Gabriel** Anno 17. ante ortum Saluatoris missus est ad SS. Joachimum, & Annam præcipiens illis Dei iussu, vt non obstante sterilitate, ac senectute copularentur, ac prænuncians, fore vt Virginem parerent, quæ paritura erat Deum Saluatorem Mundi; ipsi verò ex mera obedientia, & dilectione Dei copulati sunt, absq; vlla carnali concupiscentia, & ne leuissimo quidem peccato libidinis interueniente, vt ipsamet Deipara reuelauit S. Brigitæ in lib. 1. c. 9. & l. 6. c. 49. & 55. indicantq; Damascenus, & Fulbertus; de Gabriele autem, SS. Augustinus, & Idelphonsus, S. Britta Oratione 1. & Pantaleon anti-

antiquus Diaconus apud Metaphrasten.

III. Corpusculo Beatissimæ Virginis, licet nondum organizato, statim tamen benedixit Deus, illudque per Angelos sanctificauit, seu consecravit eo genere sanctitatis, quo consecrari, & sanctifica-ri solent vestes Sacerdotales, Campanæ Ecclesiæ, Altaria, Vasa Sacrificij, & primi lapides iacti in fundamenta Temporum: fuit enim Conceptio hæc ipsa carnalis primus lapis fundamentalis Domus Dei, & iam tum sanctificans taberna-*cum suum Altissimum*. Ita colligitur ex Reuelationibus S. Brigitæ, & docent multi cum Io. Vitali, & Iacobo de Va-lentia.

---

## M E D I T A T I O II.

*Pro die 2. Decembris.*

I. C **O**rpus Sacratissimæ Virginis perfectè organizatum fuit intra paucos dies, & non improbabiliter intra eundem diem facta est Conceptio seminum, & Conceptio naturarum, siue ob actiuitatem nobilissimi temperamenti, siue ob concursum supernaturalem Dei, ut in hoc simillima esset filio suo, cuius corpus in unico instanti conceptum, ac perfectè organizatum unitumq; Verbo Diuino fuit; sic proportionaliter brevissimo interuallo temporis Corpusculum Dei.

## 18 APPARATVS MEDIT.

Deiparæ perfectum est, & anima creata, ac diuinitus illi infusa est. Nam, & corpus eius debebat præparari, ut habitaculum dignum Deo, ut supponitur in illa Ecclesiæ Oratione: *Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriose Virginis Matris Mariae corpus, & animam, ut dignum Filij tuò habitaculum effici mereoretur, Spiritu Sancto cooperante præparasti, &c.*

II. Non solum Corpus Deiparæ per formas substantiales carnis, ossium, &c. & per animam vegetatiuam, ac sensituum, iuxta quorundam opinionem, cœlerrimè perfectum fuit, ac dispositum ad recipiendam animam rationalem; sed statim organa ipsa sensuum interiorum, & potentiaz animæ facta sunt idonea ad usum liberi arbitrij, qui multò citius ipsi acceleratus est, quam S. Io. Baptista; ad eoque statim conuersa in Deum, illum adorauit, ac perfecto actu charitatis dilexit, actuali gratia ad id excitata, & adiuta ad promerendam gratiam habitualler Sanctificantem, adiuta inquam non solum manu, ut Seremias, & Io. Baptista, qui sanctificati sunt in utero matrum, sed etiam diluculò, idest in primo instanti creationis animæ, & infusionis in corpus, ut illud Psalmi 45. *Adiuuabit eam Deus manu diluculò,* interpretantur non nulli; possetq; verius de hac Virgine, quam de quo quis alio homine usurpari illud Iob 7. *Vixit enim diluculò, & subito probas illum.*

III. Piè

III. Piè igitur, ac valdè probabilitè cogitari potest, Deum noluisse conferre in primo instanti temporis, & ex istentia animæ huic nobilissimæ Gratiam sanctificantem, nisi dependenter ab eius consensu libero, & actu meritorio, in priori naturæ præcedenti; id enim honorificentius fuit ipsi Deiparæ, & Spiritui Sancto sic eam sibi desponsanti. Quemadmodum, ne Verbum quidem Diuinum caro factum est, priusquam consentientis MARIAE Verbum illud prolatum est, *Fiat mihi secundum verbum tuum*, quo instaurata sunt omnia, quæ olim per iteratum ter verbum *Fiat* condita sunt à Deo Lux, Firmamentum, & Luminaria in Firmamento.

## MEDITATIO III.

*Pro die 3. Decembris.*

I. Post præcedentem Meditationem considerandum se offert quare Conceptio Immaculata Deiparæ assimiletur Auroræ, mirantibus filiabus Ierusalem, ac Reginis, & dicentibus Cantic. 8. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens?*

I. Primò enim ut considerauit Io. Fischerus Episcopus Roffensis, ac Martyr, mirum est ex tenebris, & nocte humanae propaginis peccato Adami infectæ, ortam

cam esse MARIAM absq; vlla caligine originalis culpæ, tanquam auroram aurea luce gratiæ rutilantem, & totaliter diuisam à tenebris. Proinde illud Iob. 3. de nocte originalis culpæ, in qua concipiuntur reliqui homines: *Expectet lucem,*  
*& non videat, nec ortum surgentis aurora*,  
 accommodat S. Bernardus Christo, ut luci Solis, & Deiparæ, ut auroræ, quam non vidit, nec attigit culpa vlla in ortu intra uterum, seu in **Conceptione**.

II. Deinde sicut Auroræ lumen pendet à Sole paulò post orituro, sic Gratia sanctificans, qua Deipara fuit præseruata à peccato originali, collata fuit ipsi dependenter à meritis Christi ex ea ori-turi, nec vi suæ naturalis Conceptionis fuit immunis à peccato, nedum impeccabilis, quia licet concepta fuerit in gracia Spiritus Sancti, non fuit tamen concepta ex Spiritu Sancto, sed indiguit redempzione præseruatiua intuitu meritorum Christi; idèq; non est mirum eam de deserto humanæ naturæ à Deo dñe-liciæ in suis miserijs naturalibus, & prætereà horrore peccati originalis obsito, ascendisse tamen delicijs gratiæ affluen-tem, quia nitebatur meritis Christi iuxta illud Canticorum 8. *Quae est ista, que ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa, super dilectum suum?*

III. Ipsamet Beatissima Virgo tertiam causam insinuauit S. Brigitæ lib. 6. c. 55.  
 di-

dicens: *Bene ergo aurea hora fuit Conceptio mea, nam tunc incœpie principium salutis omnium.* & tenebra quasi festinabani in lumen, &c. Quia sicut aurora est aurea hora, & prima diei, ita Immaculata Deiparae Conceptio fuit primum festum Testamenti noui, & ordinis Hypostatici primum specimen, vnde cepit affulgere spes salutis omnium; meritòq; canit hoc quoque in festo Ecclesia: *Conceptio tua Dei Genitrix Virgo gaudium annunciauit uniuerso Mundo, ex te enim oris est Sol iustitiae,* &c.

## M E D I T A T I O IV.

Pro die 4. Decembris.

**P**RÆSERUATIO Virginis huius singularis ab originali culpa, quam suprà posuimus, præfigurata fuit multipliciter in Testamento veteri, sed præcipue in Muliere victrice serpentis, in Iuditha, & in Esther.

I. Nam Genesis 3. antequam Deus malediceret Euæ, & Adamo, maledixit Serpentis dicens: *Inimicicias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius; ipsa conseruet caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius;* Multo autem quæ contrivit caput Serpentis insidiantis calcaneo eius, non fuit Eya, sed MARIA, quæ mediante semine suo, qui est Christus, contri-

## 22 APPARATUS MEDIT.

trivit caput Serpentis, id est, ut interpretantur multi cum S. Augustino, peccatum illud Mundi, quod sicut est originale, ob naturalem propagationem ab Adamo, ita origo est, ac velut caput aliorum peccatorum: Et quia Christus carnem immediate sumpturus erat ex solo purissimo sanguine MARIAE Virginis, non autem ex virili semine; ideo non dixit Deus: *Inimicities ponam inter te, & virum*, praesertim quia serpens non deceperat immediate Adamum. Neque dictum fuit *tu mordebis calcaneum eius*, sed solum insidiaberis, quod indicat frustraneum conatum nocendi, & in ipso conatu, victoria Mulieris caput illius contritur ex primitur.

II. Confirmatur autem hæc prima figura ex illo Canticorum 8. *Sub arbore malo suscitauis te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.* Græcè habetur μῆλον, sermo enim est de arbore pomifera, unde decerpens Eva corrupta est; Sponsor autem Sponsam alloquens non dicit ibi corrupta es tu, violata es tu; quia sciebat eam minimè violatam à peccato originali.

III. Iudith quoq; dum caput Holofernis præcidit, figura fuit Deiparæ caput peccatorum, & originalem culpam per Dei gratiam à se præcidens, in quo fuit singularis, eiq; congruit illud Epiphonema Iudith 14. *Vna mulier Hebreæ fecit*

*fecit confusione in Domo regis Nabuchodonosor, & cap. 13. Visuit autem ipse Dominus, quoniam custodiret me Angelus eius, & hinc euntem, & ibi commorantes, & inde huc revertentes, & non permisit me Dominus annulam suam coinqvinari: id enim Immaculatae Conceptioni post Gilbertum Pictaviensem accommodauit Augustinus Barretus Scriptor Dominicanus.*

IV. Esther demum, omnium ferè interpretum consensu, figura fuit Deipara non subiecta legi mortis animæ, quia erat Sponsa Supremi Regis, qui Sceptro Crucis eam in periculo contrahendi originalem culpam, quæ est mors animæ, preseruauit, ne actu moreretur, id enim allegoricè significant illa verba Esther 15. de Assuero: *Festinus, ac metuens exiliis de solio, & sustentans eam ultimis suis donec redires ad se, his verbis blandiebatur: Quid habes Esther? ego sum frater tuus, noli metuere: Non morieris, non enim pro te, sed pro omnibus hac lex constituta est: si pro omnibus, quomodo non pro Esther? Nimirum, quia Regina, & soror sponsi tanquam fratris, æquali privilegio cum eo gaudet, nec est de omnibus, sed supra omnes, ut alia occasione obseruat S. Anselmus, de Beataissima Virgine.*

**M E D I T A T I O V.**  
*Pro die 5. Decembris.*

**P**ræseruationi Deiparæ ab Originali  
 peccato, & Festo Immaculatæ Con-  
 ceptionis accommodat Ecclesia Roma-  
 na, non minus ac Festo Immaculatæ, ac  
 Sanctæ Nativitatis, ex Pij V. Decreto in  
 Epistola Missæ, illud Proverbiorum 8. ex  
 Sapientialibus libris Salomonis, quod  
 non solùm Sapientiæ increatæ, ac Verbo  
 Diuino conuenit primariò, & per se, sed  
 etiam, ob summam, cuius est capax pura  
 creatura, similitudinem, & quasi æquali-  
 tam, eius Sanctissimæ Genitrici: est au-  
 tem sententia S. Bernardi, quòd quando  
 Ecclesia aliqua Scripture loca sic accom-  
 modat, sensus ille intentus fuit à Spiritu  
 Sancto, qui author fuit principalis scrip-  
 turæ illius, & idem est qui suggerit Ec-  
 clesiæ suæ omnem veritatem. Consultum  
 igitur fuerit Epistolam illam Medi-  
 tari, saltem iuxta, secundum, aut tertium  
 modum orandi Patris nostri S. Ignatijs;  
 & propterea illam huc transcribimus, vt  
 indè intelligatur Beatissimam Virginem  
 tam in ordine intentionis, quam in ordi-  
 ne executionis decretorum Dei, ab ini-  
 tio, idest in primo signo, & in primo in-  
 stanti Conceptionis fuisse possessam à  
 Dño per gratiam, & Deum voluisse ma-  
 nife-

difestare gloriam suam per Christum, & eius Matrem antecedenter ad Decrētū permittendi peccati Adæ, & posterorum eius, tanquam medium ad illum finem; & ad hunc ipsum ordinasse creationem Mundi, & omnia quæ in eo sunt iuxta sensum Apostoli. Verba Sapientialia Prou. 8. sunt hæc.

( Dominus posseidit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram. Nec dum fontes aquarum eruperant: nec dum Montes graui mole confliterant. Ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cælos, aderam: Quando certa lege, & gyro vallabat abyssos: Quando æthera firmabat sursum; & librabat fontes aquarum: Quando circumdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terræ: cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore: Et deliciæ meæ esse cum filijs hominum ) ergo nullum instans temporis suis, in quo non fuerit delectata de gratia Dei, aut in quo delicijs caruerit, etiam si quoad naturalem propaginem fuerit cum filijs hominum, quia proportionaliter, ut de-

*Filio eius docet Apostolus; assimilata fuit per omnia reliquis hominibus, & facta est in similitudinem carnis peccati, sed absque peccato. Reliquum Epistola spectat ad initiationem, & devotionem, atque cultum erga Matrem sapientia, & vita, inquit onim: (Nunc ergo Filij audite me. Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie; & obseruat ad portas ostij mei. Qui me inuenierit, inueniet vitam; & hauriet salutem à Domino.*

## M E D I T A T I O VI.

*Pro die 6. Decembris.*

**E** Andem Præseruationem Deiparæ ex æterna Dei prædestinatione significatam mysticè in Ecclesiastici cap. 24. insinuarunt Leonardus Nogarolus, & Bernardinus de Bustis in lectionibus Officij ordinati pro Festo Immaculatæ Conceptionis, & approbati à Sixto IV. & Pio V. Quidni igitur hic inferantur pro materia meditandi? Esto primariò intelligenda sint de Sapientia increata: dicat ergo proportionaliter singularis, ac nobilissima hæc Altissimi Filia.

*Ego ex ore Altissimi prodidi primogenita ante omnem creaturam; atque adeo ante Ada-*

Adamum præuoluta : *Ego feci in Cælis, ut oriretur lumen indeficione; quia actiuo concursu absq; opera viri genuit illum, qui illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum.* In omni populo, & in omni gente primatum habui; atq; adeò in originali innocentia superauit Angelos, & primos homines. Ab initio, & ante secula creata sum, & usque ad sursum sacram non desinam, & in habitatione sancta eram ipso ministraui : Ergo ab initio corpus, & anima quæ Deus præparauit in habitationem sui, fuerant habitatio sancta : Et in plenitudine Sanctorum desentio mea ; igitur detenta fui in plenitudine omnis sanctitatis alijs concessæ, qualis fuit originalis Sanctitas concessa Sanctis Angelis & primis Parentibus. Ibidem assimilatur Cedro libani, & Cypresso in monte Sion, quia æque incorrupta fuit eius anima in principio vitæ, ac eius corpus in morte ; & Myrra electa ob præseruationem à culpa, & Palma in Cades nullo unquam pondere culpæ inclinata : & Balsamo non mixto, quia fuit absq; mixtura culpæ, & ad solatium eorum, qui tenent, & defendunt eam fuisse in omni instanti sui esse, lucidam absq; ullis culpæ tenebris, pono et randa illa clausula. *Qui elun-  
cidant me vitam eternam habebunt.*

---

**M E D I T A T I O VII.**  
*Pro die 7. Decembris.*

**P**Ræseruationem ab originali culpa, (quæ ex Decreto Concilij Tridentini sess. 5. est mors animæ, & reddit filium iræ, ac dignum indignatione Diuina) debitam fuisse Matri Dei, meditando possumus ponderare ex Relatione ad tres personas Augustissimæ Trinitatis.

I. Primò enim MARIA Virgo Sacratissima relationem habuit ad Deum Patrem tanquam comprincipium, & unicum patrem, cum Christus alium verum patrem non habuerit, & idem fuerit unigenitus Dei Patris, & MARIAE Virginis: debuit ergo Mater eius, ingenuitatem tanti Patris, quantum creaturæ possibile erat, æmulari, ut indoles materna digna esset concurrere cum Patre cœlesti, nec illa, vel leuissima infamiæ originalis macula iufici, ut hinc quoque Filius nobilitatem traheret, & ut verbis S. Augustini Serm. 10. de Natali, utamur, sicut in Cœlo habet Patrem immortalem, & incorruptum, scilicet in terra matrem habuit omni corruptione carentem; & in puncto de quo agimus S. Anselmus de Conc. Virg: c. 18. *Decens erat, ut ea puritate, quam maior sub Deo nequit intelligi Vergo illa niteret, cui Deus Pater unicum Filium suum, quem de-*

*cor-*

*corde suo aqualem sibi genitum tanquam se-  
ipsum diligebar, ita dare disponebat, vi na-  
turaliter esset unus idem communis Dei Pa-  
tris, & Virginis Filius; Et quam ipse Filius  
substantialiter facere sibi matrem eligebat,  
& de qua Spiritus Sanctus volebat, & opera-  
turus erat, ut nascetur ille, de quo procede-  
bat: ubi attingit alias duas Relationes,  
de quibus mox.*

II. Relatio enim Maternitatis ad Fi-  
lium Dei, utique requirebat, ut Filius eli-  
geret sibi Matrem semper liberam, & ne  
per instas quidem seruituti diaboli man-  
cipatam, & in Matris honore præseruan-  
do præiret, imò præcelleret omnibus fi-  
lijs, præsertim cum totus quo ad huma-  
nitatem esset ab illa, & deberet unire  
amorem, & studium honorandi eam,  
quod alij diuidunt in amorem erga Pa-  
trem, ac Matrem in terra; sciretque op-  
zabiliorem esse huic Virgini originalem  
innocentiam, cum perpetua infæcundi-  
tate, quam Maternitatem Dei, cum præ-  
via culpa mortali, & indignatione Dei;  
& denique ob identitatem carnis, cuius  
portio ex MARIA sumpta mansit in  
Christo, quam identitatem, & exigentiam  
similitudinis in puritate agnoue-  
runt SS. Augustinus, Damascenus, Ana-  
stasius Sinaita, Petrus Damiani, & Arnol-  
dus Carnotensis.

III. Relatio demum ad Spiritum San-  
ctum tanquam Sponsum, cui per attribu-

30 APPARATVS MEDIT.

tionem appropriantur opera amoris, charitatis, & gratiæ sanctificantis, requiri rebat, ut assimilaretur in Sanctitate suo Sponso, ipseque posset de illa in Cantici verè assenseret. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Et ex hoc quoq; comprincipio posset dici Virginis: *Quod nascetur ex te Sanctum vocabitur, Filius Dei.* Imò S. Anselmus dixit: *Conceptione MARIAE carnalis, ut praedestinata ad Conceptionem Filij Dei, fuit unum fundamenum, & Spiritus Sanctus aliud: Ordinari autem ad concipiendum Sanctum Sanctorum, & non esse Sanctam orationabiliter, includere contradictionem.*

---

M E D I T A T I O VIII.

*Pro die 8. Decembris,*

*Ipsoque Feso Immaculatae Conceptionis.*

I. P *R*imò considerandum est, quām iustum sit vniuersum Orbem terræ jubilare, & exultare in hac die, qua per Immaculatam Deiparæ Conceptionem fundata est ciuitas Regis Magni, cuius figura fuit ciuitas illa sancta in monte Sion, de qua Psalmo 47. dictum est: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in Civitate Dei nostri, in monte sancto eius: Fundatur exultatione vniuersa terra mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.* Fuit enim

Bea-

Beatiss. Virgo MARIA, non solum Domus, aut templum Dei, sed ingens quædam Ciuitas, ob capacitatem charitatis, & viscera misericordiz, qua recipit omnes electos, & recurrentes ad hanc ciuitatem Refugij, ibique securè, & latenter habitantes iuxta illud Psalmi 86. *Sicut latansium omnium habitatio est in te;* piè autem credi potest in primo quoque instanti suæ creationis, & infusionis in corpus Virginis huius spiritum exultasse in Deo salutari suo, agnoscendo, & magnificando Deum, quod ipsam intuitu meritorum Christi præseruasset à macula originalis culpæ.

II. Secundò retrocedendo in eodem psalmo 86. consideremus cum Petro Comestore fratre Petri Lombardi versum illum: *Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundavit eam Altissimus.* Non enim fundata est in sui Conceptione MARIA super veteris ruinæ, ac labis ruderibus, nec ab Adamo, sed ipse Altissimus, qui erat nasciturus in ea vt homo, fundavit eam in gratia, sine ullo vestigio veruæ, ac originalis labis, & idem Altissimus iuxta dictum Apostoli, vt sapiens Architectus fundamentum posuit, sibi que corpus, & animam huius Virginis, vt dignum sui habitaculum præparauit: & vt Sap. 9. dicitur: *Sapiens adificauit sibi domum, excidit columnas septem; fundans eam in gratia, & septem donis Spiritus Sancti.*

III. Tertiò regrediédo ad principium eiusdem psalmi 86. ex versu illo. Fundamenta eius in Montibus Sanctis : diligat Dominus portas Sion , super omnia tabernacula Jacob : Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei , colligemus non solum primum esse Deiparæ fundatum fuisse in gratia, sed etiam in tanto gratiæ cumulo , ut omnium Sanctorum gratia suo vertice infra illam veleti basis, ac fundamentum fuerit. Tunc enim preparauit Deus hunc montem iuxta Domum, & completum est oraculum Isaiae 2. de quo S. Gregorius Magnus in c. i. Regum, sic : *Huius montis præcellensissimam dignitatem Isaías varicinatus ait : erit in nouissimis diebus præparatus mons Dominus Domini in vertice montium : Mons quippe in vertice montium fuit , quia Altitudo MARIAE supra omnes Sanctos resulsa .* Et ibidem de Beariss. Virg. MARIA : *Mons quippe fuit , quia omnem electæ creatura altitudinem electionis sua dignitate trascendit : An non mons sublimis MARIA , que usq; ad Conceptionem aeterni Verbi pertingeret , meritorum verticem supra omnes Angelorum Chorus , usque ad solium Divinitatis cœnexit ?*

IV. Quid igitur mirum , si Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei , & omnia gloriosa de te dici possunt , & dicentur usque ad finem Mundi , imo & per totam æternitatem ?

Sequuntur præcipuæ Promissio-  
nes, & Prophetiæ de Messia  
Saluatoris primo Aduen-  
tu in Mundum.

*M E D I T A T I O . IX;*  
*Pro die 9. Decembris.*

I. **A**nno ante oreum Christi 2022. secundum nostram Chronologiam Reformatam, Abrahamo iam accincto ad immolandum Isaacum, dixit Deus per Angelum Genesis 22. (*Per memetipsum iuravi, dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, & non papere sis filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo sementem tuum, sicut stellas caeli, & sicut arenam, qua est in litora maris: Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum,* & **BENE-DICENTVR** in famine tuo omnes Gentes terra, quia obedisti voci mea.) Adeò voluit Deus ut ad reparandum Mūdum, qui per inobedientiam Adæ perierat, Abraham per obedientiam mereretur, ut de semine ipsius nasceretur Saluator, futurus obediens usq; ad mortem, mortem autem Crucis, & vicissim, ut ad Romanos 8. dicitur: *Proprio Filio suo non papereis, sed pro nobis omnibus tradidit illum.*

II. Anno autem 1840. ante ortum  
B 5 Chr.

Christi, Iacob Annorum 147. mox moriturus, benedicensq; filijs suis Genesim 49. dixit. (*Non auferetur scepterum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expellatio Gentium: ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, & fili mi, asinam suam: lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vne pallium suum: pulchriores sunt oculi eius vno & dentes eius lacte candidiores: salutare tuum expectabo Domine.*) De tempore Regni, & Ducatus Iudeæ translati ad alienigenas dixi in I. Meditatione.

III. Moyses cum esset moriturus annorum 120. Anno ante ortum Christi 1552. dixit Deuteronomij 18. (*Gentes iste quarum possidebis terram, augures, & diuinos audire, tu autem à Domino Deo tuo alter institutus es. Prophetam de genere tua, & de fratribus tuis sicut me suscitarbit tibi Dominus Deus tuus; ut posisti à Domino in Horeb, quando concio congregata es, & dixisti: ultra non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, nemoriar. & sic Dominus mibi: bene omnia sancta locuta. Prophetam suscitarbo eis de medio fratrum surrum, similem tui, & poplam verba mea in ore eius, loquensurque ad eos omnia, qua praecepero illi: qui autem verba eius, qua loquensur in nomine meo audire moluerit, ego ultra existam.*)

M E D I T A T I O X.  
Pro die 10. Decembris.

I. **D**audi quoque, qui regnare cœpit anno ante ortum Christi 1055. promisit Deus cum iuramento, Christum de ipsius semine venturam, ut canitur psalmo 88. ibi. (*Disposui testamentem ele-  
ctis meis, iuravi David seruo meo, usque in  
eternum preparabo semen eum*) & inferius: *Quia Domini est assumpcio nostra, & Sancte  
Israel Regis nostri: tunc locutus es in visione  
Sanctis suis, & dixisti. Posui adiutorium in  
porante, & exaltavi electum de plebe mea,  
&c.)*

II. Eodem quoq; psalmo dicitur de Messia: (*ipse inuocabit me: Pater meus es tu,  
Dens meus, & susceptor salutis mea, & ego  
primogenitum ponam illum, excelsum prae-  
gibus terra*) & post pauca (*semel iuravi in  
Sancto meo, si David mentiar, semen eius in  
eternum manebit, & chronus eius sicut Sol in  
spectu meo: & sicut Luna perfecta in etern-  
num, & testis in celo fidelis.* )

III. Quoniam verò cupiebat David in diebus carnis suæ videre Christum Domini natum immediatè de se, & dilationem eius qgrè ferebat; eodem Psalmo dulciter conquisitus cum Domino adiecit: (*Tu verò repulisti, & despaxisti: disper-  
sti Christum tuum*). Et sub finem Psalmā

redigit Domino in memoriam. Quod ex probrauerunt commutationem Christi tui.)

Pertinent hue quoq; Psalmi 2. & 131. ex quibus posset sumi materia ad meditandum: sed supra indicata sufficiunt.

---

## M E D I T A T I O X I .

*Pro die 11. Decembris.*

I. **C**VM RASIN Rex Syriæ, & Phaceæ Rex Israel conspirassent ad debellandum Achaz regem Iuda, descendenter ex Dauid, & tamen non esset periculum illo tempore ne deficeret regnum, & stirps Iuda, ex quibus oriturus erat Messias; Isaias, ut habetur c. 7. iussu Dei occurrit Achazo, & ad eum confirmandum dixit ei: *Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra;* & dixit Achaz: *non petam, & non tentabo Dominum*) displicuit hæc diffidentia Isaiæ, & declarauit molestam quoque, seu displicenter fuisse ipso Deo, eaq; occasione dixit (*Audite ergo Domus Dauid: Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti es sis, & Deo meo Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel; Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum*) cooperat autem regnare Achaz anno ante ortum Christi 743.

Idem

II. Idem Isaias c. 9. sic prophetauit de re futura tanquam de præterita: (*Par-*  
*nulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius Admirabilis,*  
*Consiliarius, Deus fortis, Pater fœnri faculsi,*  
*Princeps pacis.* Multiplicabisur eius impe-  
 rium, & pacis non erit finis. Super solum  
 David, & super regnum eius sedebit, ut con-  
 firmet illud, & corroboret in iudicio, & in iu-  
 stitia amodo, & usque in sempiternum: Ze-  
 lus Domini exercituum faciet hoc.

III. Capite autem undecimo sic / Es  
 egreditur virga de radice Iesse, & flos de ra-  
 dice eius ascendet, & requiesceret super eum  
 Spiritus Domini, Spiritus sapientia, & intel-  
 lectus; Spiritus consilij, & fortitudinis; Spi-  
 ritus scientia, & pietatis, & replebit eum Spi-  
 ritus timoris Domini, &c.

## M E D I T A T I O X I I .

### Pro die 12. Decembris.

I. **I**SAIÆ 14. ( *Prope est ut venias tempus*  
*eius, & dies eius non elongabuntur.*  
*Miserebitur enim Dominus Iacob, & eliget*  
*ad hoc de Israel, & requiesceret eos facies su-*  
*per humum suam: adiungetur aduenia ad eos,*  
*& adberebit domui Iacob.* )

II. Idem cap. 16. ( *Emitte Agnum De-*  
*mini dominatorem terre de petra deserti ad*  
*montem filia Sion* ) & cap. 43. ( *Rorate Cœli*  
*desuper, & nubes pluans instum, operiantur*  
 ter-

*terra, & germinet Salvatorem, & iustitia  
erit in simul, ego Dominus creavi eum.*

III. Idem c. 30. (Non faciet auctoritate  
te ultra doctorem tuum, & erunt oculi sui vi-  
dentes praeceptorem tuum) & c. 35 (Confessa-  
te manus dissolucas, & genua debilia roborau-  
te: dicite pusillanimis confortamini, & nolite  
timere, ecce Deus noster unctionem adducet  
retributionis; Deus ipse veniet, & saluabit  
nos.)

---

## MEDITATIO XIII.

### Pro die 13. Decembris.

I. Saïe 40. *Consolamini consolamini po-  
pule meus, dicit Dominus Deus vester,  
loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam,  
quoniam completa est malitia eius dimissa est  
iniquitas illius, & c. 41. (Confessauisse, &  
auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera  
Iusti mei: Ego auxiliatus sum tibi dicit Do-  
minus. Redemptor tuus Sanctus Israel.)*

II. Et cap. 52. (Hoc dicit Dominus: Gra-  
tis venundati estis, & sine argento redime-  
mini, & c. propter hoc scies populus meus na-  
men meum in die illa; quia ego ipse qui la-  
quebar, ecce adsum.)

III. (Propter Sion non risco, & propter  
Ierusalem non quiescam, donec agridatur ut  
splendor Iustus eius, & Salvador ut lampas  
accendatur, & videbunt Gentes Iustum  
eum, & cuncti Reges Inclitum eum. & va-  
cabi-

enbitur tibi nomen, quod es Domini nomen.  
nabit) Isaix 62.

---

## MEDITATIO XIV,

Pro die 14. Decembris.

I. **B**aruc prophetare cœpit anno 605<sup>a</sup>  
ante ortum Christi: & cap. 3. di-  
xit (Hic est Deus noster. & non affinabitur  
alius aduersus eum: Hic adiunxit omnem  
viam disciplina, & tradidit illam Iacob pue-  
ro suo, & Israel dilecto suo: Post bac in ser-  
vis visus est. & cum hominibus conuersa-  
sus est.)

II. Danieli Anno 1. Darij Regis Per-  
sarum, idest 554. ante ortum Christi, Ar-  
changelus Gabriel ita prænunciauit:  
(Septruginia hebdomades abbreviata sunt  
super populam tuam, & super Urbem Sa-  
cram tuam, ut consumatur prævaricatio,  
& finem accipiat peccatum, & delectur iniqui-  
tas, & adducatur iustitia sempiterna, & im-  
pleatur visio, & prophetia, & vngasur San-  
ctus Sanctorum.) Has autem hebdoma-  
das annorum Solarium esse, & inchoan-  
das esse ab anno 20. Artaxerxis Longi-  
mani, idest 453. ante ortum Christi, do-  
cuimus libro 6. c. 12. Chronologiar Re-  
formatæ: Vnde est autem Christus sta-  
tim, ac incarnatus fuit.


**M E D I T A T I O X V .**  
*Pro die 15. Decembris.*

**A**ggæus, Zacharias, & Malachias cœperunt prophetare Anno 521.  
 & 520. ante ortum Christi.

I. Aggæus cap. 2. (*Hec dicit Dominus exercituum: adhuc unum modicum, & ego consumabo Cælum, & Terram, & mare, & aridam, & veniet desideratus cunctis Genitibus, & implebo Domum istam gloria, &c. Magna erit gloria domus istius nonissima plus quam prima dicit Dominus exercituum, & in loco isto dabo pacem.*)

II. Zacharias c. 3. & 6. (*Audi Iesu Sacerdos magne, tu, & amici tui, qui habitans eram te, quia viri portendentes estis vos: Ecce enim ego adducam sernum meum Orientem. Ecce vir Orients nomen eius.*)

III. Malachias cap. 3. (*Ecce ego misericordum meum, & preparabit viam ante faciem meam, & factum veniet ad templum suum Dominator. quem vos queritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis.*)



# PRIMA PAR<sup>S</sup> EVANGELICÆ HISTORIÆ,

Inchoata à S. Luca , & omisso  
proemio c. I. n. 5. ad 25.

¶¶¶¶¶

## MEDITATIO XVI.

Pro die 16. Decembris.

I. **F**uit in diebus Herodis regis Iudeæ Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia , & vxor illius de filiabus Aaron , & nomen eius Elisabeth . Erant autem iusti ambo ante Deum , incedentes in omnibus mandatis , & iustificationibus Domini sine querela , & non erat illis filius , eo quod esset Elisabeth sterilis , & ambo processissent in diebus suis .

II. Factum est autem , cum Sacerdotio fungeretur in ordine viciis suæ ante Deum : secundum consuetudinem Sacerdotij , sorte exiit , ut incensum poneret ingressus in templum Domini : & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi . Apparuit autem illi Angelus Do-

**D**omini, stans à dextris altaris incensi.  
**E**t Zacharias turbatus est videns, & ti-  
 mor irruit super eum. Ait autem ad il-  
 lum Angelus: Ne timeas Zacharia, quo-  
 niam exaudita est deprecatio tua. Et  
 uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, &  
 vocabis nomen eius Ioannem; & erit  
 gaudium ubi, & exultatio, & multi in-  
 natuitate eius gaudebunt: erit enim  
 magnus coram Domino, & vinum, & si-  
 ceram non bibet, & Spiritu Sancto reple-  
 bitur adhuc ex utero Matris suæ: & mul-  
 tos filiorum Israel conuerteret ad Domi-  
 num Deum ipsorum: & ipse præcedet  
 ante illum in Spiritu, & virtute Eliae, ut  
 conuertat corda patrum in filios, & in-  
 credulos ad prudentiam iustorum, para-  
 ze Domino plebem perfectam.

**I**II. Et dixit Zacharias ad Angelum:  
**V**nde hoc sciam? ego enim sum senex, &  
 uxor mea processit in diebus suis; Et re-  
 spondens Angelus dixit ei: Ego sum Ga-  
 briel, qui adest ante Deum: & missus sum  
 loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et  
 ecce eris tacens, & non poteris loqui us-  
 que in diem, quo hæc fiant, pro eo quod  
 non credidisti verbis meis, quæ imple-  
 buntur in tempore suo. Et erat plebs ex-  
 pectans Zachariam, & mirabantur quod  
 tardaret ipse in templo. Egressus autem  
 non poterat loqui ad illos, & cognoue-  
 runt quod visionem vidisset in templo.  
 Et ipse erat innuens illis, & permanes-  
 tivus.

Et

IV. Et factum est ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensibus quinque dicens: Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit afferre opprobrium meum inter homines.

## N O T A E.

*Abiæ classis, erat octaua inter illas viginti quartuor, in quas David distribuit multitudinem Sacerdotum, qui debebant per vicces exercere munia sacerdotalia in Templo, recenturque 1, Paralipom. c. 24. & per hebdomadam integrā, qualibet classis serviebat Templo, reliquis classibus sua negotia curansibus, ut ait Iosephus l. 7. Antiqu. Iud. c. 11.*

*Abia, & Aaron. Cum uterque parens Praecursoris esset de Tribu Sacerdotali, non posse fundamentaliter credi Christus, seu Mosis, quem constabat debere nasci ex Tribu Iuda.*

*Sorte existit. Sortiebantur enim quinam de eadem vice, seu classe deberent immolare victimas; quinam accendere lucernas candelabri; quinam locare panes propositionis supra mensam; & quinam demum incendere thymiamam super altare.*

*Ingressus in Templum. Ide est illam partem Templi, qua sicut erat inter Sancta Sanctorum velo separata, à Sanctis Sanctorum, & inter atrium exterius, ubi populus stabat. Nam in Sancta Sanctorum, solus Summus Sa-*

cer-

cerdos (cuiusmodi non erat Zacharias) ingrediebatur semel in anno, nempe in Solemnitate Expiationis.

Vnde hoc sciam? Verba hæc ex incredulitate, & dubio culpabili profeta constat, ex poena & verbis Angeli: Pro eo quod non credidisti verbis meis. At non peccauit Abraham, quia lices c. 15. Genesis dixerit. Vnde scire possum, &c. &c. 17. Putasne centenario nascetur puer? & Sara nonagenaria pariet? verba fuere merè interrogantis cum stupore miraculi, quod diuinitus faciendum credidit: testante divina Scriptura eodem c. 15. Creditur Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.

Ecce occultabat se: ne videlicet quis eam perstringeret, quod vetula, & sterilis concubuisse marito.

## MEDITATIO XVII,

Pro die 17. Decembris.

*Ex Luce 1. à num. 26. ad 34.*

I. **N**mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad Virginem despensatam viro, cui nomen erat Ioseph de Domq Dauid, & nomen Virginis MARIA. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

Quæ

II. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timemas MARIA, inuenisti enim gratiam apud Deum: Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM.

III. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

### N O T A E.

Nazareth, parua Civitas supra superciliū montis adificata, ut narratur Luca 4. distans à Thaborē milliaria circiter 6. aut 9. Virginem despensatam, id est matrimonio quidem raro, sed non consummato iunctam; matrimonium enim facit non copula, sed consensus, ideo non dixit copulatam; & ideo Lucas c. 2. illa uxorem Iosephi vocat, ut despensatam appelles, quia cum illa versabatur, non ut uxore quoad actum, & usum Matrimonij, sed ut Sponsa Virgineq; intacta. Cum Maria despensata sibi uxore prægnante. Nomen MARIAE significat hebreice Stellam maris, Syrochaldaiscè Domnam Maris.

Turbata est in sermone, nō mpe paciūs ob insolitos titulos laudis plenos, quām ob spendorē vultus Angelici; & ut notat S. Bernat-

*nardus*: Turbata est, sed non perturbata: quod turbata est, verecundiae fuit, quod non perturbata fortitudinis; quod tacuit, & cogitauit prudentiae.

---

## MEDITATIO XVIII.

*Pro die 18. Decembris.*

*Ex Luca 1. à num. 34. ad 39.*

I. **D**ixit autem MARIA ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? & respondens Angelus dixit ei: Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.

II. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

III. Dixit autem MARIA: Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus.

## N O T A E.

Quomodo fiet istud? non dubitans, aus incredula id fuit; cum eam laudarit Elisabeth de fide circa hoc punctum dicens: Beata quæ credidisti, sed prudenter interrogans de

de modo, quo Deo obsequi deberet; verum scilicet dispensanda esset à uero Virginitatis, an potius salua virginitate conceptura. Et pars sura effet Altissimi Filium. — Non cognosco, id est nequidem cognoui, nec in posterum cognoscere obstante virginitatis uero, possum: non diceret hoc, ait S. August. l. de Virginitate c. 4. nisi Virginem sc Deo ante voulisset.

Obumbrabit, nempe occulto, & inexplicabili modo, ex purissimis suis sanguinibus formabit corpus, uniusq; Verbo Divino, absq; ullo delectationis carnalis sensu; mens emi suā abscondens in abyssō Divini Amoris; & idē quod sic nascitur in utero suo, erit undequaque Sanctum.

Cognata tua; id est Consobrina: quia Matrem Sacerdos ex Maria coniuge sua genuit S. Annam matrem MARIAE Deipara, & Sobram, hac autem genuit S. Elisabetbam matrem Præcursoris.

## M E D I T A T I O X I X.

*Pro die 19. Decembris.*

*Ex Luca 1. à num. 39. ad 46.*

L. **E**xurgens autem MARIA in diebus illis abiit in montana cum festinatione in Cœnitatem Iuda; & intravit in domum Zachariæ, & salutauit Elizabet. Et factum est, ut audiuit salutatio-

tionem MARIAE Elisabeth, exultauit infans in utero eius ; & repleta est Spiritu Sancto Elisabeth.

II. Et exclamauit voce magna, & dixit : Benedic̄ta tu inter Mulieres, & benedictus fructus ventris tui, & unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?

III. Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo, & beatæ quæ credidisti, quoniam perficiuntur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.

### N O T A.

Ciuitatem Iuda, nempe Sizam prope Emaus unico miliari inde distantem, ut ex sacris peregrinationsbus colligunt Brocardus, & Adrichomius; à Nazareth autem itinere dierum circiter 4.

### M E D I T A T I O X X.

*Pro die 20. Decembris.*

*Ex Luce i. à num. 46. ad 51.*

I. E T ait MARIA Magnificat anima mea Dominum, & exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo.

II. Quia respexit humilitatem Ancillæ

cillæ suæ : ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

III. Quia fecit mihi magna qui potens est . & sanctum nomen eius .

IV. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum .

N O T A.

Humilitatem , Graciam tantum ; quod significat tam abiectionem . & vilitatem personæ , quam virtutem abiecte de se sensientis , & forte in priore sensu locuta est humiliissima Virgo .

Magna qui potens est , & Sanctum , &c . Omnipotentiam suam conculit ad magnitudinem maris sua , non in donis temporalibus , sed in Sanctitate tanca , ut post Verbum Incarnatum nihil maius fieri possit Matre Dei , ut docet S. Thomas i. p. q. 25 art. 6

MEDITATIO XXI.

Pro die 21. Decembris.

Ex Luca i. à num. 51. ad 57.

I. Fecit potentiam in brachio suo : dispersit superbos mente cordis sui .

II. Deposuit potentes de sede , & exaltavit humiles : esurientes impleuit bonis , & divites dimisit inanes .

III. Suscepit Israel puerum suum , regem

cordatus misericordiae suæ : Sicut locutus est ad patres nostros Abraham, & semini eius in secula .

IV. Mansit autem MARIA cum illa, quasi mensibus tribus , & reuersa est in domum suam .

### N O T E.

*Dispergit superbos , non solum Pharaonem, Sennacherib, Holopherinem, Antiochum, &c. sed principè Saranam cum Sectacoribus eius , qui est princeps super omnes filios superbie . Suscepit Israël , assumendo carnem, & naturam humanam ex muliere de stirpe Israël .*

*Mansit autem , usq; ad 8. diem Nativitatis S. Io. Bap. nomine ad primam diem Iulij inclusuè , qua illo anno incidit in Sabbathum , & sequenti die completa visitatione , & officijs , quorum gratia venerat , reuersa est ; ideoq; iunc Ecclesia celebrat Festum Visitationis . Esto Euangelista occasione Cantici Virginis , per anticipacionem ante. ortum Precursoris , absoluat narrationem eorum , qua spebabant ad Deipara officium :*



---

**MEDITATIO XXII.**  
*Pro die 22. Decembris.*

*Ex Luca I. à num. 57. ad 70.*

I. **E**lisabeth autem impletum est tempus parendi, & peperit filium; & audierunt vicini, & cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octaua venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam, & respondens mater eius dixit; nequaquam, sed vocabitur Ioannes, & dixerunt ad illam, quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem paetri eius, quem vellet vocari eum, & postulans pugillarem scripsit dicens: Ioannes est nomen eius, & mirati sunt universi.

II. Apertum est autem illicet os eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eum, & super omnia montana Iudeæ divulgabantur omnia verba hæc: & posuerunt omnes, qui audierant in corde suo dicentes: Quis putas puer iste erit? etenim manus Domini erat cum illo.

III. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu Sancto, & prophetauit dicens:

Benedictus Dominus Deus Israel, quia  
visitauit, & fecit redemptionem plebis  
sue.

IV. Et erexit cornu salutis nobis in  
domo Dauid pueri sui.

### N O T A.

In die octaua, iuxta 17. Genesim, & 12.  
Leuitici, quando scilicet infans videtur eu-  
sisse periculum illud, de quo Plutarchus in  
qq. Romanis, & Ariosteles L. 7. hist. anima-  
lium c. 12. dicens: Plurimi ante septimum  
diem intereunt, vnde fit, ut nomina sep-  
timo die imponantur, tanquam saluti  
iam pueri magis credamus, sed Deus expe-  
ctare iussit Habreos ditem 8.

Sed vocabitur Ioannes, sine didicerit hoc  
Prophetico Spiritu, sive a marito per Scriptu-  
ram; nam surdum quoq; fu:sse indicare ver-  
ba illa: Innuebant patri eius, que S. Am-  
brosius exponens ait: Innuebant, quia in-  
credulitas affatum ei eripuit, & auditum,  
naturam interrogatur.

Cornu salutis, id est potestiam ad salu-  
endum sublimem, & gloriosam; sicut anima-  
lium cornutorum vis, & gloria in corporibus  
potissimum astimatur.



**M E D I T A T I O X X I I I .**  
*Pro die 23. Decembris.*

*Ex Luca i. à num. 70. ad 80.*

I. **S**icut locutus est per os Sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius, salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui Sancti. Iuslurandum quod iuravit ad Abram patrem nostrum, daturum se nobis.

II. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.

III. Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis; præibis enim ante faciem Domini parare vias eius: ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum.

IV. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto: Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedent; ad dirigendos peodes nostros in viam pacis.

V. Puer autem crescebat, & conformatabatur spiritu: & erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israel.

## N O T A.

Erat in desertis, partim ibi in spelunca absconditus, ob metum ab Herode infantida, ut ex Petro Alexandrino, Nicephoro, & Cedreno colligit Baronius in Apparatu, partim spontaneo secessu electo ad Sanctiorem vitam.

---

## M E D I T A T I O . XXIV.

*Pro die 24. Decembris.*

*Ex Matthaei 1. à num. 18. ad 25.*

I C Hristi autem generatio sic erat: Cum esset despota mater eius MARIA Ioseph; antequam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu Sancto. Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet eam traducere; voluit occulte dimittere eam.

II. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei dicens. Ioseph fili David, noli timere accipere MARIAM Coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESVM, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

III. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est à Domino

no per Prophetam dicentem: Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabant nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum; Nobiscum Deus.

IV. Exurgens autem Ioseph a somno, fecit sicut præceperat ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit nomen eius IESVM.

## N O T Æ.

*Antequam conuenirent, & infra: non cognoscebat eam donec peperit, ne neutrō significatur postea conuenisse, & cognitam esse ab ipso, & ex mera negativa, qua significatur rorō illo tempore inactam suisse; stulte infertur ab Heluidianis affirmativa, contra virginitatem Deipara post partum.*

Inuenta est in utero habens de Spiritu Sancto; referuntur hac ad Euangelistam ab ipsomet Spiritu Sancto directum, ut exprimeret eam concepisse de Spiritu Sancto; non autem ad S. Iosephum, qui nec Annunciationi interfuerat, nec Visitationi, quibus MARIA fuerat proclamata Mater Domini.

Cūm esset Iustus: Lex enim Moysis non obligabat ad traducendam, id est manifestandam, & ad publicam Iudicium notitiam deducendam uxorem suam, nisi deprehensam in adulterio voluntarie, & violata in civitate non clamasset; ut si non posset probare delictum.

Num, suspicionem incurrebat quarendi occa-  
 siones dimicendi eam, quo casu ipse verberi-  
 bus, ac censu Sicis argenti multandus erat  
 ex Deuteronomij 22. à versu 13. At S. Joseph  
 non poterat probare consugem suam violatam  
 fuisse ab aliquo in ciuitate (in agro enim vio-  
 latia ubi frustra clamasset, nulli poena subie-  
 ga erat.) Immò ex vero Virginitas mutuo  
 consensu iam nuncupato, & ex sanctitate com-  
 pectissima coniugis, moraliter certissimus erat  
 de ipsis innocentia; non poterat ergo illam  
 traducere, & Iustus esse. Adeò verò pru-  
 dens, & cautus erat, & tam verecundus, ac  
 reverens erga illam, ut nondum auderet il-  
 lam de hoc interrogare; unde concepisset salua  
 virginitate? nihil enim malo suspicatus est de  
 illa. Ut ipsa Mater Dei reuelauit S. Brigitte  
 lib. 7. cap. 25. ubi de humilitate sua suique  
 Eily, & sponsi sic loquitur (Joseph videns  
 utrum meum de Spiritus Sancti virtute  
 intumescere vehementer expauit, non  
 suspicatus contra me aliquid finistrum,  
 sed recordatus dicta Prophetarum præ-  
 nuntiantium Filium Dei nasciturum de  
 Virgine, reputabat se indignum tali ser-  
 vice Matri, donec Angelus, &c.) Neque  
 ratio illa ab Angelo ad timorem S. Josepho  
 adimendum, quod scilicet illa de Spiritu San-  
 ctó concepisset, est Argumentum sufficens su-  
 spicionis Josephi in malam partem, sed solum  
 dubitationis modo, quo salua virginitate  
 conceperat, & an ipse dignus esset retinere  
 pro uxore illam virginem, qua ex Propheta

Isa.

*Ifnia conceperat erat Deum Emmanuel, si forte hac sua uxore esset illa Virgo; His dubijs per Angelum sublatiss, paruit cœlestibus mandatis. Ex hoc etiamen dubio S. Iosephi colligitur, cum non interfuisse visitationi S. Elisabetha, qua MARIAM Matrem Domini proclamauit: Et credibile est Desparam dixisse suo Sponso; sibi reuelatum diuinius Elisabetham iam à sex mensibus grauidam esse, ac perijisse veniam eundi ad visitandam Cognatam. Et cum ea manendi usq; ad partum eius facileq; imperasse: cum voto Virginitatis iam facto, non concupisceret eius reuertum congregandi causa; neque cum illa ire sandiq; manere in domo Zacharia consultum esset, sed potius manere Nazareth, Et opera fabrilia perficere, qua adueniорibus pollicius erat: præfertim cum cereissimus esset coniugem suam non indigere custodia sua.*

*In ea datum est. Conceptio ipsa fuit prima Nativitas, Et hoc nomine dignissima, quia in primo, Et unico instanti perfectissimo corpore sculo Christi anima, Et anima corporis diuina natura Verbi unita fuit.*

*Pariet autem filium. Non dixit pariet tibi filium, sicut dixerat Deus Abrabah, Genes. 17. et Angelus Zacharia Luca 1. quis non fuit conceptus de semine Ioseph.*

*Primogenitum filium, dixit non relatiōne ad secundo genitos, quos paritura non erat, sed relatiōne ad alios, quos aenea peperisse quis suspicari posset. Sic Sapientia, et Verbum Divinum dicitur Ecclesiastici 24. Primogeni-*

ta ante omnem creaturam , et ad Hebreos  
 1. Et cum iterum introducit primogeni-  
 tum in orbem terræ ; non quod Deus Pater  
 alios filios postea ex sua substancia genuerit ;  
 sed quia unigenitus eius prioritate non solum  
 durationis , sed etiam excellens , et digni-  
 tatis omnia , que à Deo extra emanarunt , an-  
 �ocellit .

---

## MEDITATIO XXXV.

*Pro die 25. Decembris.*

*Ex Luca 2. à num. 1. ad 8.*

I. Factum est autem in diebus illis ,  
 exiit edictum à Cæsare Augusto ,  
 ut describeretur vniuersus orbis ; Hæc de-  
 scriptio prima facta est à Præfide Syriæ  
 Cirino : & ibant omnes , ut profiterentur  
 singuli in suam Ciuitatem . Ascendit au-  
 tem , & Ioseph à Galilæa de ciuitate Na-  
 zareth in Iudæam in Ciuitatem Dauid ,  
 quæ vocatur Bethleem : eo quod esset de  
 domo , & familia Dauid , ut profiteretur  
 cum MARIA desponsata sibi uxore præ-  
 gnante .

II. Factum est autem cum esset ibi , im-  
 pleti sunt dies ut pareret : Et peperit fi-  
 lium suum primogenitum , & pannis eum  
 inuoluit , & reclinavit eum in præsepio ,  
 quia non erat ei locus in diuersorio .

N O -

## N O T A.

*Vt describeretur vniuersus Orbis, ut  
scilicet sciretur quos subditi essent in Imperio  
Romano. Descriptio prima, quam in Syria  
inchoauit P. Sulpicius Quirinus, seu Graec  
Cirinus, & compleuit Sentius Saturninus.*

*Vt profiteretur, videlicet, ut fateretur,  
se ita esse de domo, & familia David, ut es-  
set etiam subditus Imperatori Romano.*

*Bethleem distabat 6. milliaribus à Iero-  
solyma, & in ea natus fuerat David ex 1.  
Regum c. 16 interpretaturq; Domus panis.*

*In præsepio stabuli scilicet propè Beth-  
leem in spelunca siti, de qua S. Hieronymus  
ait: Ecce in hoc patuo terræ foramine,  
coelorum conditor natus est, hic inuo-  
latus pannis, hic visus à Pastoribus, hic  
demonstratus à Stella, hic adoratus à  
Magis.*

## MEDITATIO XXVI.

*Pro die 26. Decembris.*

*Ex Luca 2. à num. 8. ad 20.*

I. **E**T Pastores erant in regione ea-  
dem vigilantes, & custodientes  
vigilias noctis super gregem suum. Et  
ecce Angelus Domini stetit iuxta illos,  
& claritas Dei circumfulsit illos, & ti-

muerunt timore magno , & dixit illis Angelus : Nolite timere : Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum , quod erit omni populo , quia natus est vobis hodiè Saluator , qui est Christus Dominus in Civitate David .

II. Et hoc vobis signum : Inuenietis infantem pannis inuolutum , & positum in præsepio .

III. Subito facta est cum Angelo mulieritudo militiæ cœlestis laudantium Deum , & dicentium , Gloria in Altissimis Deo , & in terra pax hominibus bonæ voluntatis .

IV. Et factum est , ut discenderunt ab eis Angeli in Cœlum , pastores loquebantur ad inuicem : Transeamus usque Bethleem , & videamus hoc verbum , quod factum est , quod fecit Dominus , & ostendit nobis . Et venerunt festinantes , & inuenerunt MARIAM , & Ioseph , & Infantem positum in præsepio . Videntes autem cognoverunt de verbo , quod dictum erat illis de puero hoc , & omnes qui audierunt mirati sunt , & de his , quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos .

V. MARIA autem conseruabat omnia verba hæc , conferens in corde suo . Et reuersi sunt pastores glorificantes , & laudantes Deum in omnibus , quæ audierant , & viderant , sicut dictum est ad illos .

## N O T A E.

Natus est vobis hodiè: nempò nocte precedente diem Dominicam, seu feram primam dies 25. Decembris ab occasu Solis insita, ut docui lib. 8. Chronologia Reformatione 2. decumestris scilicet paru, quia à die 25. Marij ad 25. Decembris Lunares menses computando, iam de decimo mense aliquot dies accurrerant.

Positum in Præsepio, singulare hoc signum fuit nati Salvatoris, nemo enim tam pauper erat, ne inter pastores quidem, ut non haberet locum præsepio commodiorem reclinandi, aut suscipiendo infantis recenter nati.

## M E D I T A T I O XXVII.

Pro die 27. Decembris.

Hac die, festa S. Ioannis Evangelista ponimus in hunc Euangeliū eius, ut Generationem Verbi eternam cum temporali Verbi Incarnati coniungamus ex Ioan. c. 1. à num. 1. ad 10. Innocentium cade post Epiphaniam dilata;

I. **I**n principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine

62 PRIMA PARS  
sine ipso factum est nihil, quod factum  
est.

II. In ipso vita erat, & vita erat lux  
hominum, & lux in tenebris lucet, & te-  
nebræ eam non comprehendenderunt.

III. Fuit homo missus à Dco, cui no-  
men erat Ioannes. Hic venit in testi-  
monium, vt testimonium perhiberet de  
lumine, vt omnes crederent per illum:  
non erat ille lux, sed vt testimonium per-  
hiberet de lumine. Erat lux vera, quæ  
illuminaat omnem hominem venientem  
in hunc mundum.

### N O T A.

*In principio, id est ante omnia, seu prius-  
quam alia omnia: Alioquin enim Aeternitas  
non habet principium. Verbum autem Dei  
fuit ab aeterno.*

---

### M E D I T A T I O XXVIII.

*Pro die 28. Decembris.*

*Ex Ioannis 1. à num. 10. ad 15.*

I. IN Mundo erat, & mundus per ip-  
sum factus est, & mundus eum non  
cognovit. In propria venit, & sui eum  
non receperunt.

II. Quotquot autem receperunt eum;  
dedit eis potestatem filios Dei fieri, his  
qui

qui credunt in nomine eius : qui non ex sanguibus , neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri , sed ex Deo nati . sunt.

III. Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre, plenum Gratiaz, & Veritatis.

### N O T A E.

*Filiōs Dei per adoptionem, & specialem gratiam.*

Quasi Vnigeniti , particula Quasi , non diminutiva est, sed significativa tanta, & talis gloria , quamam requirit perfecta equalitas, seu consubstantialitas Filij cum Patre .

*Quia in nostra Societate Triduum sequēs deputatum est Renouationis Votorum , & Meditationibus congruentibus huic temporis, puta de motiuis renouandi Vota ob ingens beneficium vocationis ad hunc statum Religiosum, & ob dignitatem, & utilitatem talium votorum, & ob amorem Saluatoris Nostros, ac Dei para , qui maxime diebus hisce tam illustria exempla nobis dederunt , Paupertatis, Castitatis, & Obedientie, ideo poterant omitti alia Meditationes . Pro his tamen qui noluerint meditari de Votis subiungemus alias Meditationes pro hoc triduo.*

ME-

---

**M E D I T A T I O   X X I X .**  
*Pro die 29. Decembris.*

*Ex Cap. 1. Epist. ad Hebreos.*

I. **M**ultifariam, multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit, & saecula.

II. Qui cum sit splendor gloria, & figura substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ; purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

III. Tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hereditavit: cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? & rursum ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in Filium. Et cum iterum introducit primogenitum suum in orbem terræ, dicit, & adorent eum omnes Angeli Dei.

**N O T Æ.**

*Figura substantiæ non accidentalis, sed substantialis character: Gracè enim est καρ-*  
*τηρ.*

*Et cum iterum; Prima introductio in Or-*  
*bum*

*bem Terra fuit, vel Incarnatio Verbi, vel po-  
sius Natiuitas; secunda vero Resurrectio, pos-  
quam Dominus regnauit, & Idolatriam  
extirpare cœpit, ut dicitur in Psalmo 96. ex  
quo pariter sumpsus est versus ille: Adorate  
eum omnes Angeli eius.*

---

## M E D I T A T I O   X X X .

Pro die 30. Decembris.

Ex Cap. I. ad Hebreos à n. 7. ad 14.

I. **E**t ad Angelos quidem dicit. Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammatum ignis; Ad Filium autem: Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga æquitatis virga regni tui.

II. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te, Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.

III. Et tu in principio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt coeli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent, & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur; tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

IV. Ad quem autem Angelorum dixit aliquandò. Sede à dextris meis, quoad usque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nonne omnes sunt ad-  
mi-

66 PRIMA PARS  
ministratorij Spiritus in ministerium  
missi propter eos, qui hæreditatem ca-  
piunt salutis?

## N O T A.

Vnxit te Deus, Deus tuus: priore loco  
nomen Deus est vocativi casus, ac si diceret  
Te ò Deus, seu Te qui es Deus, posteriori  
autem loco est nominandi casus Deus enim  
Pater Filius suum Deum uxoris; vel sola  
Trinitas unxit Christum, qui est pariter Deus,  
& homo.

---

## M E D I T A T I O   X X X I .

*Pro ultima die Decembris.*

*Ex Epistolis S. Pauli.*

I. **A**D Galatas 4. Vbi venit plenitudo  
temporis misit Deus Filium suum,  
factum ex muliere, factum sub lege, ut  
eos, qui sub lege erant, redimeret, ut ad-  
optionem filiorum reciperemus, &c.

II. Ad Galatas 5. In Christo Iesu ne-  
que circumcisio aliquid valet, neque  
præputium: sed fides, quæ per Charita-  
tem operatur: & cap. 6. In Christo enim  
IESV, neque Circumcisio aliquid valet  
neque præputium, sed noua cræatura, &c.  
Quare non prohibetur nobis circumcisio Spi-  
ritualis, & renovatio spiritus, sed carnalis,

à qua

*à qua liberati sunt Gentiles in Christum credentes.*

III. Nam ad Romanos 15. dicitur. Dico enim Christum IESVM ministrum fuisse Circumcisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum. Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est : Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit ; lætamini Gentes cum plebe eius; & iterum, Laudate omnes Gentes Dominum , & magnificate eum omnes populi. Et rursus Isaías ait : Erit radix Iesse , & qui exurget regere Gentes , in eum Gentes sperabunt .

---

M E D I T A T I O XXXII.

*Pro prima die Ianuarij.*

*Ex Luca 2. num. 21.*

I. **E**T postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer: Vocatum est nomen eius IESVS, quod vocatum est ab Angelo , priusquam in utero conciperetur.

N O T A.

*Supponenda est hoc loco Lex Circumcisio-  
nis imposta Abrahamo , & posteris eius , de  
qua*

*qua Genesis 17. sic; Circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem præputij vestri, ut sit in signum fœderis inter me, & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. &c. Masculus, cuius præputij caro circumcisus non fuerit, delabitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit.*

---

## MEDITATIO XXXIII.

*Pro die 2. Ianuarij.*

*Ex Cap. 2. ad Philippenses à n. 5. ad 12.*

I. **A**postolus commendans humilitatem ad imitationem Christi, qui humiliando se meruit nomen IESV, ait. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo IESV: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, ut homo.

II. Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.

III. Ut in nomine IESV omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & inferorum, & omnis lingua confiteatur,  
qui à

quiā Dominus IESVS Christus in gloria  
est Dei Patris.

## N O T A.

*Non rapinam, quequos enim Diuinis-  
tatem sibi arrogarunt, ut Lucifer, & multis alij  
superbi, sive Reges, sive Imperatores, qui se,  
ut Deos coli voluerunt, aequalitatem cum Deo,  
violenta usurpatione, quasi per rapinam ar-  
ripuerunt; non sic autem Verbum Diuinum,  
quod natura, non rapina est consubstancialis  
Deo Patri, eique aequalis in natura diuni-  
tate.*

---

## M E D I T A T I O XXXIV.

*Pro die 3. Ianuarij.*

I. Rimo considerabimus quanto emi-  
nentius in nomine augustinissimo  
IESV contineantur alij tituli, nempe  
Ductoris, seu Pastoris, in quo Saluator  
noster excellentior, & fortior fuit quam  
Iesus. seu Ioseph filius Nave; & Sacerdotis  
magni, in quo longe sanctior fuit, quam  
Iesus filius Ioseph dech̄ datus à Zacharia  
propheta, Sacerdos magnus; & Doc-  
toris in quo fuit multò sapientior, quam  
Iesus filius Sirach, author Ecclesiastici.

II. Deinde considerabimus nullum  
nomen potuisse Messiae imponi, quod es-  
set ipse gloriōsus, & excellentius; & at-  
tri-

tributorum diuinorum magis manifestatium, quam nomen IESV, nec diuina bonitas excellentiori modo sui diffusua esse potuit, quam saluado opus manuum suarum, quod inuidia diaboli gloriam divinam affectantis, pericerat; & hoc, ipsum met nomine proficeri. Ideoq; qui ad salutem suam hoc nomen invocant; peculiari, ac potissimo modo glorificant Deum, iuxta illud Isaiae 43. (*Omnem, qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavit.*)

III. Sed neque aliud nomen potuit ipse imponi, quod esset nobis utilius, & validius ad erigendam spem nostram. (*Nec enim aliud nomen est sub Caelo datum hominibus, in quo sperare nos saluos fieri*) ut dicitur Actorum 4. Et ideo ob effusionem misericordie, quam nomen hoc significat dictum est Canticorum 1. (*Oleum effusum nomen tuum; ideo adolescens dilexit te.*)

## MEDITATIO XXXV.

*Pro die 4. Ianuarij.*

*De singulari favore Divine Majestatis in insituenta Societate nostra sub tutela, & custido Nomino.*

*I E S V.*

I. **P**rimo sicut quilibet de Societate haec posset cum Abacuc dicere:

(*Ego*

(Ego autem in Domino gaudeo ; & exultabo in Deo Iesu meo) nempe ob multa Charis-  
mata , quæ diuina munificentia dignata est clargiri huic minimæ Societati , ita-  
per est cum intimo cordis affectu gratias eidem incessanter agere , & imitari S.  
Ignatium Patrem nostrum , pro nobis  
idem præstantem , ac veluti usurpantem  
verba illa Apostoli 1. ad Corinthios 1.  
(Gratias ago Deo meo semper pro vobis in  
gratia Dei , qua data est vobis in Christo Ie-  
su , quod in omnibus diuites facti estis in illo  
in omni verbo , & in omni scientia : sicut ea-  
pisonium Christi confirmatum est in vobis :  
ita ut nihil vobis desit in ulla gratia) & post  
pauca (Fidelis Deus per quem vocati estis  
in Societatem Filij eius :

II. Secundo considerandum est , quod  
sicut militantes sub hoc nomine , debent  
concipere ingentem fiduciam vincendi  
omnes difficultates , & aduersarios glo-  
riæ Dei , ac dicere cum psalmo 43 (In te  
inimicos nostros ventilabimus cornu , & in no-  
mine tuo spernemus insurgentes in nobis ) ita  
cum eodem debemus virtuti huius ho-  
minis accepium referre quidquid boni in  
hac , & ab hac Societate in Ecclesiæ vi-  
litudinem emanarit , & illud Psalmi 19. ca-  
nere : Letabimur in salutari tuo , & in no-  
mine Domini nostri magnificabimur . Et Ps 113.  
Non nobis Domine non nobis , sed nomini tuo  
de gloriam .

III. Tandem disquitendum est , quæ ,  
&

& quot requirat a nobis hoc nomen siue  
in agendo, siue in patiendo.

---

## MEDITATIO XXXVI.

*Pro die 5. Januarij.*

*Secundum Vigilia Epiphanie.*

*Ex Matthaei 2. à num. 1. ad 9.*

I. **C**um ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudea, in diebus Herodis Regis: Ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudeorum? Vidimus enim Stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.

II. Audiens autem Rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo, & congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi sciscitabatur ab eis, vbi Christus nascetur? At illi dixerunt ei: in Bethleem Iudeæ: sic enim scriptum est per Prophetam; & tu Bethleem terra Iudeæ, nequaquam minima es in principibus Iudeæ: ex te enim exierit dux, qui regat populum meum Israel.

III. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempora Stellarum, quæ apparuit eis: & mittens eos in Bethleem dixit: Ite, & interrogate diligenter de puerio, & cum iquidem eritis

tis renunciate mihi, ut & ego veniers  
adorem eum.

## N O T . A E.

*Magi, videlicet sapientes Principes, prae-  
cipueq; Astronomia periti, ex Satea regione,  
ubi ex traditione expectabatur ex oreus noua  
Stella pro indicio noui Regis Iudaorum Omni-  
potentis; de hoc enim Balaam 24. numero-  
rum vaticinatus erat: Videbo eum, sed  
non modo, intuebor illum, sed non pro-  
pe: Orietur Stella ex Iacob, & consurget  
virga de Israel, &c.*

*Rex turbatus est: Sciebat enim se ali-  
nigenam esse, viptore Ascalonitam, & se i-  
strusum à Romanis in Regnum Iudaorum, &  
deficiente Rege, ac Duce eorum, de eadem na-  
zione venturum Messiam, nec tempus Stella  
poserat aparsi filiis eius iam natu grandi-  
bus.*

*Et omnis Ierosolyma: ne scilicet ex mu-  
tatione rerum, & novo Rege contra Romano-  
rum Decretum dominante, felicitas Ciuitatis  
in perniciem verteretur, & qui opibus, aut  
dignitatibus ab Herode aucti erant, in deser-  
iorem statum redigerentur: nisi turbati sunt  
aliqui, quod extraneis, non fibi datum esset si-  
gnum nati Regis.*

*Scribas. Doctores scilicet Legis Mosaica,  
& Sacra Scriptura interpreses, non verbosan-  
tum, sed & scripto.*

*Ite, & interrogate. Adeò turbatus est.*

D

&amp;

*& Deo disponente, obcaecatus, ut neminem cum illis miserit, qui honorifice illos comitaretur, & simul exploraret locum nati infans, quorum alterum ciuitas, alterum callidas praus consilij requirebat.*

---

## MEDITATIO XXXVII.

*Pro die 6. Ianuarij.*

*Ex Matth. 2. à num. 9. ad 13.*

I. **Q**vicum audissent regem abierunt, & ecce Stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi etat puer. Videntes autem Stellam gauisi sunt gaudio magno valde.

II. Et intrantes domum, intuenerunt Puerum cum MARIA matre eius, & procidentes adorauerunt eum : & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

III. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem; per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

## N O T A E.

Intrantes Domum, nempe speluncam, in qua natus erat, ut ibidem inueniresur à Magis, ubi à Pastoribus inuenitus fuerat, quod sensit S. Hieronymus Epist. 17. ad Marcell.

cellum; nec obstat nomen Domus: Hebraicè enim Beth n̄idum quoq; significat ut Psalm. 83. etenim passer inuenit sibi Domum, & Psal. 103. Herodij domus dux est eorum; & valde probabile est Parentes Domini noluisse eligere aliud divisorium, quām quod elegerat sibi Deus ipse, scilicetq; fuerit S. Iosepho ire in Bethleem ad conquirenda victus necessaria, & eò redire donec impleti sunt dies purgationis MARIAE. Sunt tamen qui cum S. Epiphanio heresi 1. Maldonato, & alijs purant, migrasse in domum illi spelunca vicinam.

Puerum cum MARIA: non nominatur hic S. Iosepb, siue quia tunc aberat, & in Bethleem abiuerat ad mendicanda victui necessaria, siue quia, licet adesset, non gestabat tamen Puerum Iesum in vlnis suis, aut super genua, seu in gremio suo, sicut gestabat mater lactandi, aut fasciandi gratia infantenrum: ob peculiarem igitur illam connexiōnem Infantis cum Matre sua, dicuntur inuenisse illos simul.

## MEDITATIO XXXVII.

Pro die 7. Januarij.

*Ex Luca 2. à num. 22. ad 32.*

I. **E**t postquam impleti sunt dies purgationis eius, secundum legem Moysi, rulerunt illum, in Ierusalem, ut si-

D 2 ste-

flerent eum Domino , sicut scriptum est in lege Domini : Quia omne masculinum adaperiens vulvam , Sanctum Domino vocabitur , & ut darent hostiam secundum quodd dictum est in lege Domini parentium , aut duos pullos columbarum .

II. Et ecce homo erat in Ierusalem , cui nomen Simeon , & homo ille iustus , & timoratus expectans consolationem Israel , & responsum acceperat a Spiritu Sancto , non visurum se mortem , nisi prius videret Christum Domini , & venit in Spiritu in templum .

III. Et cum inducerent puerum IESVM parentes eius , vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo , & ipse accepit eum in vlnas suas , & benedixit Deum . & dixit . Nunc dimittis seruum tuum Domine , secundum verbum tuum in pace . Quia viderunt oculi mei salutare tuum , quod paraesti ante faciem omnium populorum . Lumen ad reuelationem Gentium , & gloriam plebis tuz Israel .

### N O T E.

Purgationis eius , id est MARIAE , Græcè enim est αυτῆς .

Secundum Legem Moysi : refertur ad tempus impletum , quo post 40. dies à partu masculi puerpera presumebatur debere purificari , & pro purificatione offerre in Templo agnum

agnum cum tursuris, aut columba pullo; vel si pauper esset, par tursurum, aut duos pullos columbarum, & primogenitum masculum sistere, ac offerre Deo in memoriam primegenitorum Hebraorum, quos Deus liberasse, casis Aegyptiorum primogenitis. Sed clausula Secundum legem, non referatur ab Evangelista, ad significandam obligationem, quae teneretur Deipara illas leges seruare Leuitici enim 12. dicitur: Mulier si suscepit semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separations menstruæ; & die octavo circumcidetur infantulus, ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Et paulò post, de agno turturæ, &c. tradendo Sacerdoti additur: Qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur a profluuo sanguinis. At Deipara nec semen virile suscepit, nec menstruis unquam laborauit, nec ultra immunditia parum eius inquinavit, sed in omnibus mundior Sole priusq; Angelis fuit. Exodi autem 13. dictum fuerat: Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluum in filijs Israel. At Christus non aperuit vuluum matris, sed penetracione mirabilis prodixit, ita ut ipsa fuerit virgo in partu ipso.

Simeon plures censem suisse Sacerdotem, ideoq; parentibus benedixisse; pauciores, sif-  
felaicum, sed senem nobilem, ac venerabilem.

Spiritus Sanctus erat in eo, non solum

78. PRIMA PARS  
per gratiam sanctificancem, sed etiam per  
spiritum prophetarum, in quo Spiritus venit in  
Templum, & prædictus MARIAE, &c.

---

## MEDITATIO XXXIX.

Pro die 8. Ianuarij.

Ex Luca 2. à num. 33. ad 39.

I. **E**t erat pater eius, & mater miran-  
tes super his, quæ dicebantur de  
illo, & benedixit illis Simeon, & dixit ad  
MARIAM matrem eius. Ecce positus  
est hic, in ruinam, & in resurrectionem  
multorum in Israel, & in signum, cui  
contradicetur.

II. (Et tuam ipius animam pertra-  
sabit gladius) ut reuelentur ex muleis cor-  
dibus cogitationes.

III. Et erat Anna prophetissa filia  
Phanuel de tribu Aser, hæc processerat  
in diebus multis, & vixerat cum viro suo  
annis septem à virginitate sua, & hæc vi-  
dua usq; ad annos octoginta quatuor:  
quæ non discedebat de templo, ieiunijs,  
& obsecrationibus seruiens nocte, ac die,  
& hæc, ipsa hora superueniens, confite-  
batur Domino, & loquebarur de illo om-  
nibus, qui expectabant redemtionem  
Israel.

N.O.

## N O T A E.

Dixit ad MARIAM: prænidit enim S. Iosephum moriturum ante prædicationem, & Passionem Domini, & illam solam gladio doloris afficiendam, audiendo consumelias, & videndo cruciatus unigeniti filij sui, & contradictiones (Et tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit) est parenthesiſ.

Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes: quod refertur non solum ad gladium, id est passionem, sed etiam ad superius dicta: In ruinam. & resurrectionem, &c. occasione enim doctrina Christi, & deinde Passionis, manifesta facta sunt intentiones cordium, tūm in illis, qui ob metum plbis malignam intentionem occidendi Christum diu occultauerant, aut falſo praetextu zeli palliarant; tūm in ijs qui licet miraculis, ac beneficijs ab ipso affecti erant, vel etiam ad Apostolarum enecti, cum postea negarunt, aut deseruerunt; tūm in illis, qui è contraria confantissimè in eius amore, & obsequio perstiterunt, quorum Princeps fuit Mater eius, tūm denique in illis, qui Messiam diuerso fine expectauerant; nam qui illum prestolabatur, ut Regem temporalem, & opes terrenas ab ipso gloriariamq; huius mundi expectabant; ubi viderunt eum predicare, & beatificare, ac proficeri paupertatem, humilitatem, mortificationem, &c. ex hoc, & ex passione ipsius scandalum passi sunt, secūs autem, qui à Meſa

*sia expectabant consolationem spiritualem,  
ut hic ipse Simeon, & sanctitatem, & iusti-  
tiam, ut alij iusti de populo Israel.*

---

## MEDITATIO XL.

*Pro die 9. Ianuarij.*

*Ex Matth. 2. à num. 13. ad 16.*

I. **Q**ui, id est Magi, cum recessissent  
ecce Angelus Domini apparuit  
in somnis Ioseph dicens: Sur-  
ge, & accipe puerum, & matrem eius, &  
fuge in Aegyptum, & esto ibi usque dum  
dicam tibi. Futurum est enim, ut Herod-  
es querat puerum ad perdendum eum.

II. Qui consurgens accepit puerum,  
& matrem eius nocte, & secessit in Aegyp-  
tum: & erat ibi usque ad obitum Herodis,  
ut adimpleretur quod dictum est a  
Domino per Prophetam dicentem: Ex  
Aegypto vocavi Filium meum.

## N O T A E.

Tolle puerum, & matrem eius: non di-  
xit Tolle filium tuum, sciebat enim Ange-  
lus, puerum illum non esse filium naturalem  
Iosephi.

Usque ad obitum Herodis. Licet He-  
rodes hic incerierit paulo post Pascha anni  
primi, à Circumcisione Christi Domini com-

p. -

putati, Archelaus tamen non regnauit absque competitori in Iudea nisi sub finem anni 2. à Circumcisione Christi, & S. Joseph man-  
sit in Aegypto, id est, ut pater S. Anselmus,  
in Heliopoli urbe primaria Aegypti, per men-  
sos circiter 22. ut docimus in nostra Chro-  
nologia Reformato libro 8.

Sicut S. Matthans tacendo Purificatio-  
nem, & alia à S. Luca narrata, non tamen  
illa negat, ita S. Lucas tacendo historiam  
Magorum, fugam in Aegyptum, & insan-  
tium necem non properea illa negat.

---

## MEDITATIO XLI.

Pro die 10. Ianuarij.

Ex Matth. 2. à num. 16. ad 19.

I. Tunc Herodes videns quoniam il-  
lasis esset à Magis, iratus est val-  
dè, & mittens occidit omnes pueros,  
qui erant in Bethleem, & in omnibus  
finibus eius ab imatu, & infra secundum  
tempus, quod exquisierat à Magis.

II. Tunc adimpletum est, quod di-  
ctum est per Ieremiam Prophetam di-  
centem. Vox in Rama audita est plo-  
ratus, & ululatus multus: Rachel plo-  
rans filios suos, & noluit consolari, quia  
non sunt.

## N O T A.

A bimatu, & infrà secundùm tempus,  
 quod exquisierat à Magis. Quia videlicet  
 computando tempus, quo cœperat videri illis  
 Stella, & quo diu perseverando, & fortasse  
 incrementum luminis, & corporis continuè  
 capiendo, alijsq; conditionibus, eos certos ran-  
 dem reddidit non esse unam de Stellis ordina-  
 rīs, aut Comētis, sed illam, de qua Balaam  
 prophetauerat, item tempus deliberationis,  
 apparatus, & itineris Magorum, certus fobi  
 visus est Infantem illum natum esse intra it-  
 lum annum, qui apud Hebreos decurrebat à Ni-  
 san primo mense uerni temporis, aut ad sum-  
 mum anno præcedens. Nihilominus, ut ad  
 abundan̄iam securitatis regni sui consuleret,  
 extendere voluit decretum infanticidij ad om-  
 nes, qui biennium acris attigissent tempore  
 eadis. Falsum enim est Herodem ab ipso ex-  
 erci Stella computasse duos annos, cum mor-  
 tuus sit post sequens Pāchha, ut ex Iosepho do-  
 cuimus in nostra Chronologia lib. 8. neque  
 nisi gravis afferitur Stellam eis biennio ante  
 aduentum magorum cōpisſe coruscare, aut  
 Magos de Orienteis extremi fonsibus profectos,  
 annūm, & amplius in iūnere consumpsisse.  
 In Canone Missa Abassinorum legitur infan-  
 ges sunt necros suisse 14. mille.

Vox in Rama, id est loco excelsō; ut habe-  
 tur Ieremia 31. versu 15. Vox in excelsō  
 audita est lamentationis, luctus, & fletus

Ras.

Rachel plorantiq; filios suos, & nolentis consolari super eos, quia non sunt. Rachel ponitur hic metonymicè, pro matribus plorantibus filios suos, quia Rachel de duobus filiis, quos habuit, ob partum Beniamini mortua est, ideoq; illum appellauit Benoni, id est filium doloris. Et sepulta est in Bethlehem. Porro licet alia matres instar Rachelis plorarent filios suos, quando de tribu Benjamin tam multi necati sunt, aus ab uicti in Babylonem, tamen tunc pricipue planixerunt. Et Rachelis ploratum iniurata sunt, quia non solum in Bethlehem spectante ad Tribum Iuda occisis sunt infantes, sed etiam in finibus eius, Et praeferim in urbe Rama spectante ad Tribum Benjamin, si quidem ha matres viae baneur habere peculiarem occasionem plorantis, Et conquerendi, de crudelitate Herodis, qui ad summum concensu esse debebat, si necarentur infantes ad illam tribum spectantes, ex qua sciebat nascendum Messiam, nec exirenter suum decretum ad infantes de tribu Benjamin. Nisi velimus tantum fuisse clamorem matrum Bethlehemi plorantium, ut auditus fuerit usq; in Rama, licet in finibus Gabaon sita.



## MEDITATIO XLII.

Pro die 11. Januarij.

*Ex Matth. 2. à n. 19. ad 23. & Luce 2.  
à num. 39. ad 41.*

I. **D**efuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto dicens; surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quererent animam pueri.

II. Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illò ire, & admonitus in somnis secessit in partes Galileas, & veniens habitavit in Civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur.

III. Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galileam in Civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus Sapientia, & gratia Dei erat in illo.

NO-

## N O T A E.

*Reditus in Civitatem Nazareth ab Aegypto, de quo S. Matthaeus, est idem, de quo S. Lucas, licet hic neque Magorum, neque fuga in Aegyptum memineris; & post illa verba; ut perfecerunt omnia, sub intelligendum est de obedientia quoque, qua Parentes Domini executi sunt quidquid iusserat Deus per Angelum in somnis.*

*Terram Israel, Terra Israel erat tota Palestina divisa in 12. regiones iuxta 12. Tribus filiorum Israel: distabat autem Aegyptus à Ierosolyma itinere dierum circiter 8. . iherusalem autem à Nazareth itinere dierum 4.*

*Archelaus. Obtinuerat Herodes ab Augusto facultatem occidendi suos filios Alexandrum, Antipatrum, & Aristobulum; seruatis Archelao, & Herode tetrarcha; ante Infantes autem peremptos necari iusserat Alexandrum, & Aristobulum, Antipatrum autem tanquam sibi insidianrem mandauit, quinque ante mortem suam die occidi.*

*Gratia Dei erat in illo, non in certius scilicet, sed exterius quoq; graciosus apparebat, & amabilissimus.*



M.R.

---

MEDITATIO XLIII.

Pro die 12. Januarij.

Ex Luca 2. à num. 41. ad 50.

I. **E**t ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solemnis Paschæ. Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatique diebus; cum redirent, remansit puer IESVS in Ierusalem, & non cognoverunt parentes eius. Estimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos: & non inuenientes regredi sunt in Ierusalem requirentes eum.

II. Et factum est post triduum inuenierunt illum in templo sedentem, in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudencia, & responsus eius, & videntes admirati sunt.

III. Et dixit Mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te, & ait ad illos; quid est quod me quærebatis? ne sciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, reporter me esse? & ipsi non intellexerunt

runt verbum quod locutus est ad eos.

*Pascha anni 12. Domini incidit in diem  
Sabbathi, & 9. Aprilis ex nostra Chrono-  
logia.*

### N O T A.

Iter diei, nempe milliaria Italica circiter  
30. quot diebus Aequinoctialibus, & propè  
Pascha consueverant confici.

Post triduum à tempore, quo egressi fue-  
runt Ierosolyma; prima enim die nihil suspi-  
catis sunt de illius remansione; secunda die il-  
lum querentes, nec inuenientes, reveri sunt  
Ierosolymam, quò permenerunt die tertia, &  
postridie manè reperiorunt puerum I E S V M  
in Templo.

### M E D I T A T I O X L I V.

*Pro die 13. Januarij.*

*Ex Luca 2. num. 51. & 52.*

I. **E**t descendit cum eis, & venit Na-  
zareth, & erat subditus illis.

II. Et IESVS proficiebat sapientia,  
& scientiam, & gratiam apud Deum, & ho-  
mines.



M E.

## MEDITATIO XLV.

Pro die 14. Ianuarij.

*Ex Luca 3. à num. 1. ad 9. ex Math. 3:  
à num. 1. ad 10. Marci 1.  
à num. 1. ad 7.*

I. **A**nno Quintodecimo Imperij Ti-  
berij Cæsaris, procurante Pon-  
tio Pilato iudeam, tetrarcha autem Ga-  
ilee & Herode; Philippe autem fratre eius  
tetrarcha Itureæ, & Trachonitidis re-  
gionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha,  
sub Principibus Sacerdotum Anna, &  
Caipha: factum est verbum Domini su-  
per Ioannem Zachariæ filium in deser-  
to, & venit Ioannes Baptista in deserto  
Iudeæ in omnem regionem Iordanis,  
baptizans, & predicens baptismum poe-  
nitentiaæ in remissionem peccatorum, &  
dicens: pœnitentiam agite; appropin-  
quavit enim regnum coelorum. Hic est  
enim de quo scriptum est in libro sermo-  
num Isaïæ Prophetæ. Vox clamantis in  
deserto, parate viam Domini, rectas fa-  
cite semitas eius. Omnis vallis imple-  
bitur, & omnis montes, & collis humili-  
bitur, & erunt prava in directa, & afpe-  
ra in vias planas, & videbit omnis caro  
salutare Dei. Marcus cum prophetia Isaïæ,  
quem solus ut tempore priorum nominat, con-

simil.

*iungit prophetiam quoque Malachia dicentis:  
Ecce ego mitto Angelum meum ante fa-  
ciem tuam, qui præparabit viam tuam  
ante te.*

II. Ipse autem Ioannes habebat vesti-  
mentum de pilis camelorum, & Zonam  
pelliceam circa lumbos suos, esca autem  
eius erat locustæ, & mel silvestre: Tunc  
exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iu-  
dæa, & omnis regio circa Iordanem, &  
baptizabantur ab eo in Iordanè, confi-  
tentes peccata sua.

III. Videns autem turbas quæ exibant  
ut baptizarentur ab ipso, & multos Pha-  
risæorum, & Sadducæorum venientes ad  
baptismum suum, dixit eis; progenies,  
*seu* genimina viperarum, quis demon-  
stravit vobis fugere à ventura ira? facite  
ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne  
velitis, *seu* cœperitis dicere *intra* vos:  
Patrem habemus Abraham, dico enim,  
quia potens est Deus de lapidibus istis  
fuscarare filios Abrahæ.

IV. Iam enim securis ad radicem ar-  
borum posita est: omnis ergo arbor, quæ  
non facit fructum bonum, excidetur, &  
in ignem mittetur.

### N Q T Æ.

Pontio Pilato erat enim Praeses Iudeæ,  
successeratq; Valerio Grato anno 13. Tiberij.  
Tetrarchæ est princeps quartæ, vel quasi  
quar-

quarta pars alioius Regni, vel Regionis. Desuncto antero Herode Magno, nempe infanticida, & discepcrancibus de iure regni eius tribus filijs Archelao, Herode Antipa, & Philippo; Augustus Regnum illud in 4 terrarchias diuisit. Primam dedit Archelao nempe Iudeam, quo in exilium pulso, missi sunt illuc Procuratores, seu Praefecti Romani ab Augusto, Coponius, deinde M. Ambinius dein Annius Rufus; à Tiberio autem Valerius Gratus, dein Poncius Pilatus, deinde Marcellus, dein Cumanus, dein Claudius Felix, dein Porcius Festus, de quibus in Actis Apostolor. cap. 23. & 24. Secundam secrarchiam Galileam dedit Herodi Antipa, whom Marcus c. 6. Regem vocat. Tertiam dedit Philippo, Ituream scilicet ab Ithur filio Ismaelis sic dictam, iuxta radicem montis Libani à Iordanе, usq; ad Montes Tyri, & Sidonis porrectam, unā cum Trachonitide regione trans Iordanem inter Cœlesyriam, & Palæstinam sita, & Arabia deserta Orientem versus confini. Lysanias verò quarta terrarchia dynastia, fuit nepos Ptolemai Miciæ, de quo Joseph. t. 14. antiqu. c. 2. & obtinuit Abilinam ad montem Libanum sitam, ab Oriente Damasco adiacentem, ab Occidente Chalcidi, à Separatione Libano.

**Anna, & Caipha.** Licet enim unicus esset Summus Sacerdos, nempe tunc Caiphas, Anna tamen sive Ananas inter Principes Sacerdotum, erat maxime autoritatis ob Summus Pontificatum ante gestum, & quis erat

erat Sacer Caipha, ita ex Iosepho lib. 18. cap. 1. & 5. & .

Locustæ, incertum adhuc an essent species cuiusdam herba, an animalia, quibus vesci solitos quosdam populos docent Plinius lib. 6. c. 30. & l. 11. c. 29. Diodorus Sicul. l. 3. c. 3. ubi de Acriophagis, & S. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, Mercurialis lib. 2. Variar. lett. c. 20 & de his in Lemistico cap. 11. nu. 22. sit mensie.

## M E D I T A T I O X L V I .

### Pro die 15. Ianuarij.

*Ex Matth. 3. à nu. 11. & 12. Marci 1.  
à num. 7. ad 8. Luca 3. à  
nu. 10. ad 18.*

I. **E**T interrogabant eum turbæ dicentes, quid ergo faciemus? respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & Publicani. ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister quid facies? At ille dixit ad eos, nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, faciatis.

II. Interrogabant autem eum, & milites dicentes, quid faciemus, & nos? & ait illis: Neminem concutiatis, neque  
ica-


## NOTE.

A bimatu, & infrà secundum tempus,  
 quod exquisierat à Magis. Quia videlicet  
 compusando tempus, quo coeperas videris illis  
 Stella, & quo diu perseverando, & forasse  
 incrementum luminis, & corporis continuè  
 capiendo, alijsq; conditionibus, eos certos tam  
 dem reddidit non esse unam de Stellis ordina-  
 rīs, aut Comētis, sed illam, de qua Balaam  
 prophecauerat, item tempus deliberationis,  
 apparatus, & itineris Magorum. cereus fūbi  
 visus est Infansem illum natum esse inter al-  
 lum annū, qui apud Hebreos decurrebat à Ni-  
 san primo mense verne temporis, aut ad sum-  
 mun anno precedentes. Nihilominus, ut ad  
 abundanciam securitatis regni sui consuleret,  
 extendere voluit decretum infancie idij ad om-  
 nes, qui biennium etatis attigisse tempore  
 cadi. Falsum enim est Herodem ab ipso ex-  
 oculi Stella compurasse duos annos, cum mor-  
 tuus sit post sequens Pascha, ut ex Iosepho do-  
 cuimus in nostra Chronologia lib. 8. neque  
 nisi gravis, afferitur Stellam eō biennio ante  
 aduentum magorum capisse coruscare, aut  
 Magos de Orientis extremi finibus profectos,  
 annum, & amplius in itinere consumpsisse.  
 In Canone Missa Abassinorum legitur infan-  
 tes sive necatoe fuisse 14. mille.

Vox in Rama, id est loco excelse; ut habe-  
 tur Ieremia 31. versu 15. Vox in excelso  
 audita est lamentationis, luctus, & fletus

Rao.

Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eos, quia non sunt. Rachel ponitur hic metonymicè, pro matribus plorantibus filios suos, quia Rachel de duobus filijs, quos habuit, ob parum Beniamini mortua est, ideoq; illum appellavit Benoni, id est filium doloris. Et sepulta est in Bethlehem. Porro licet alia matres instar Rachelis plorarent filios suos, quando de tribu Beniamini tam multi necati sunt, aut ab iudeis in Babylonem transiit tunc precipue planixerunt. Et Rachelis ploratum imitata sunt, quoniam non solum in Bethlehem spectantes ad Tribum Iuda occisi sunt infantes, sed etiam in finibus eius, Et praeferim in urbe Rama spectantes ad Tribum Beniamini, si quidem ha matres viae baneur babore peculiarem occasionem plorauis, Et conquerendi, de crudelitate Herodis, qui ad summum concensus esse debebat, si necarentur infantes ad illam tribum spectantes, ex qua sciebat nasciutum Messiam, nec extenderet suum decretum ad infantes de tribu Beniamini. Nisi velimus tantum fuisse clamorem matrum Bethlehemi plorantium, ut auditus fuerit usq; in Rama, licet in finibus Gabaon sita.



---

MEDITATIO XLII.

Pro die 11. Ianuarij.

Ex Matth. 2. à n. 19. ad 23. & Luce 2.  
à num. 39. ad 41.

I. **D**efuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto dicens; surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui querebant animam pueri.

II. Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudea pro Herode patre suo, timuit illò ire, & admonitus in somnis secessit in partes Galileas, & veniens habitavit in Civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur.

III. Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galileam in Civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus Sapientia, & gratia Dei erat in illo.

NO-

## N O T . A E.

*Reditus in Cineracem Nazareth ab Aegypto, de quo S. Matthaus, est idem, de quo S. Lucas, licet hic neque Magorum, neque fuga in Aegyptum meminerit; & post illa verba; ut perfecerunt omnia, sub intelligendum est de obedientia quoque, qua Parentes Domini executi sunt quidquid iuss erat Deus per Angelum in somnis.*

*Terram Israel, Terra Israel erat tota Palestina divisa in 12. regiones iuxta 12. Tribus filiorum Israel: distabat autem Aegyptus à Ierosolyma itinere dierum circiter 8. Jerusalēm autem à Nazareth itinere dierum 4.*

*Archelaus. Obtinuerat Herodes ab Augusto facultatem occidendi suos filios Alexandrum, Antipatrum, & Aristobulum; seruitis Archelao, & Herode tetrarcha; ante Infantes aurem peremptos necari iuss erat Alexandrum, & Aristobulum, Antipatrum autem tanquam sibi insidianam mandauit, quinque ante mortem suam die occidi.*

*Gratia Dei erat in illo, non interius scilicet, sed exterius queq; graciosus apparebat, & amabilissimus.*



M.B.

---

*MEDITATIO XLIII.**Pro die 12. January.**Ex Luca 2. à num. 41. ad 50.*

I. **E**t ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem in die solemnis Paschæ. Et cum factus esset annorum duodecim, a scindentibus illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus; cum redirent, remansit puer IESVS in Ierusalem, & non cognoverunt parentes eius. Estimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos: & non invenientes regressi sunt in Ierusalem requiringentes eum.

II. Et factum est post triduum inuenierunt illum in templo sedentem, in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudencia, & responsum eius, & videntes admiratis sunt.

III. Et dixit Mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te, & ait ad illos; quid est quod me quærebatis? ne sciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, reporter me esse? & ipsi non intellexerunt

runt verbum quod locutus est ad eos.

*Pascha anni 12. Domini incidit in diem Sabbathi, & 9. Aprilis ex nostra Chronologia.*

## N O T A E.

*Iter diei, nō tempore milliaria Italica circiter 30. quo diebus Aequinoctialibus, & propè Pascha consueverant confici.*

*Post triduum à tempore, quo egressi fuerant Ierosolyma; prima enim die nihil suspicati sunt de illius remansione; secunda die illum quarenies, nec inuenientes, resurserunt Ierosolymam, quò peruenerunt die tertia, & postridie manè repererunt puerum I E S Y M in Templo.*

## M E D I T A T I O XLIV.

*Pro die 13. Ianuarij.*

*Ex Luca 2. num. 51. & 52.*

I. **E**t descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.

II. Et IESVS proficiebat sapientiam, & scientiam, & gratiam apud Deum, & homines.



**M.E.**

---

**MEDITATIO XLV.**  
*Pro die 14. Ianuarij.*

*Ex Luca 3. à num. 1. ad 9. ex Matth. 3.  
à num. 1. ad 10. Marci 1.  
à num. 1. ad 7.*

I. **A**nno Quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudeam, tetrarcha autem Galileæ Herode; Philippe autem fratre eius tetrarcha Itureæ, & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilinæ tetrarcha, sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha: factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & venit Ioannes Baptista in deserto Iudeæ in omnem regionem Iordanis, baptizans, & predicens baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, & dicens: poenitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum. Hic est enim, de quo scriptum est in libro sermonum Isaïæ Prophetæ. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis impletbitur, & omnis montes, & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare Dei. Marcus cum prophetia Isaïæ, quem solum ut tempore priorem nominat, con-

tinuit,

*iungit prophetiam quoque Malachia dicentis:*  
Ecce ego mitto Angelum meum ante fa-  
ciem tuam, qui præparabit viam tuam  
ante te.

II. Ipse autem Ioannes habebat vesti-  
mentum de pilis camelorum, & Zonam  
pelliceam circa lumbos suos, esca autem  
eius erat locustæ, & mel silvestre: Tunc  
exibat ad eum Ierosolyma, & omnis Iu-  
dæa, & omnis regio circa Iordanem, &  
baptizabantur ab eo in Iordane, confi-  
tentes peccata sua.

III. Videns autem turbas quæ exibant  
ut baptizarentur ab ipso, & multos Pha-  
risæorum, & Sadducæorum venientes ad  
baptismum suum, dixit eis; progenies,  
*seu* genimina viperarum, quis demon-  
stravit vobis fugere à ventura ira? facite  
ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne  
velitis, *seu* cœperitis dicere iusta vos:  
Patrem habemus Abraham, dico enim,  
quia potens est Deus de lapidibus istis  
fuscitare filios Abrahæ.

IV. Iam enim securis ad radicem ar-  
borum posita est: omnis ergo arbor, quæ  
non facit fructum bonum, excidetur, &  
in ignem mittetur.

### N O T A E.

Pontio Pilato *erat enim Praeses Iudeæ,*  
*successeratq; Valerio Grato anno 13. Tiberij.*  
Tetrarcha est princeps quartæ, vel quasi  
quartæ

quarta pars alterius Regni, vel Regionis. Defuncto autem Herode Magno, nempe infanticida, & disceptantibus de iure regni eius tribus filiis Archelao, Herode Antipa, & Philippo; Augustus Regnum illud in 4 terrarchias divisi. Primam dedit Archelao nempe Iudeam, quo in exilium pulso, missi sunt illuc Procuratores, seu Praefecti Romani ab Augusto, Coponius, deinde M. Ambinius dein Annius Rufus; à Tiberio autem Valerius Gratus, dein Poncius Pilatus, dein Marcellus, dein Cumanus, deinde Claudius Felix, dein Porcius Festus, de quibus in Actis Apostolor. cap. 23. & 24. Secundam terrarchiam Galileam dedit Herodi Antipa, quem Marcus c. 6. Regem vocat. Tertiam dedit Philippo, Item scilicet ab Ithur filio Ismaelis sic dicitur, iuxta radicem montis Libani à Iordanis, usq; ad Montes Tyre, & Sidonis porrigit, unā cum Trachonitide regione trans Iordanem inter Coelestrem, & Palæstinam sita, & Arabia deserta Orientem versus confini. Lysanias vero quarta terrarchia dynastia, fuit nepos Ptolemai Mienai, de quo Joseph. l. 14. antiqu. c. 2. & obtinuit Abelinam ad montem Libanum firmam, ab Oriente Damasco adiacentem, ab Occidente Chalcidi, à Septentrione Libano.

**Anna, & Caipha.** Lices enim unicus esset Summus Sacerdos, nempe tunc Caiphas, Anna tamen sive Ananus inter Principes Sacerdotum, erat maxime autoritatis ob summum Pontificatum ante gestum, & quia erat

erat Sacer Caipha, sc̄a ex Iosepho lib. 18. cap. 1. & 5. Or.

Locustæ, incertum adhuc an essent species cuiusdam herba, an animalia, quibus vesci solitos quosdam populos docent Plinius lib. 6. c. 30. & l. 11. e. 29. Diodorus Sicul. l. 3. e. 3. ubi de Aeridophagis, & S. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, Mercurialis lib. 2. Variar. lect. c. 20 & de his in Leuisticō cap. 11. nu. 22. sit mensie.

---

## M E D I T A T I O X L V I .

Pro die 15. Januarij.

Ex Matth. 3. à nu. 11. & 12. Marci 1.  
à num. 7. ad 8. Luca 3. à  
nu. 10. ad 18.

I. **E**t interrogabant eum turbæ dicentes, quid ergo faciemus? respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & Publicani. ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister quid facies? At ille dixit ad eos, nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, faciatis.

II. Interrogabant autem eum, & milites dicentes, quid faciemus, & nos? & ait illis: Neminem concurtiatis, neque

{ca-

92 PRIMA PARS  
calumniam faciatis, & contenti estote  
stipendijs vestris.

III. Existimante autem populo, & co-  
gitantibus omnibus in cordibus suis de  
Ioanne, ne forte ipse esset Christus. Re-  
spondit Ioannes, dicens omnibus. Ego  
quidem baptizo vos in aqua in pœnitentia-  
tiam: qui autem venturus est post me,  
fortior me est, cuius non sum dignus  
procumbens soluere corrigiam calcea-  
mentorum eius: Neq; ut habet Matth.  
calceamenta portare. Ipse vos baptiza-  
bit in Spiritu Sancto, & igni.

IV. Cuius ventilabrum in manu eius,  
& permundabit aream suam, & con-  
gregabit triticum suum in horreū suum:  
paleas autem comburet igni inextin-  
guibili. Multa quidem, & alia exhortans  
euangelizabat populo.

## N O T A.

Quod ipse erat Christus hinc, & ex in-  
terrogatione Pharisaorum patet, Ioannem non  
baptizasse in nomine Christi venturis, cum in  
formula exprimendo, alioquin non dubitas-  
sent verum ipse esset Christus.

Existimante populo. Nam doctiores no-  
rante Messiam de Tribu Iuda nasciturum,  
atq; adeò Ioannem filium Zacharia Sacerdo-  
cis, & Elisabetha de filiabus Aaron non posse  
esse Messiam.

M.E.

**MEDITATIO XLVII.**  
*Pro die 16. Januarij.*

*Matth. 3. nro. 13. ad 17. Marci 1. n. 9.  
ad 11. Luca 3. nro. 21. ad 23.*

I. **E**t factum est in diebus illis cum baptizaretur omnis populus, venit IESVS à Nazareth Galilææ in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem IESVS dixit ei: sine modò: sic enim decet nos ita plere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum: & baptizatus est à Ioanne in Iordane.

II. Baptizatus autem IESVS confestim ascendit de aqua; & IESV. baptizato, & orante, ecce aperti sunt ei Cœli, & descendit Spiritus Sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum, & vidit cœlos apertos, & Spiritum Dei tanquam columbam descendentem, & venientem super se, & manentem in ipso.

III. Et ecce vox facta est de Cœlis dicens: Tu es filius meus dilectus in te, complacuit mihi, vt Lucas, vel in te complacui, vt Mar. vel. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, vt Matth. utrumque enim dictum, audsum, & tradidum esse posuit, licet alterum alteri aquipollat.

Et

IV. Et ipse IESVS erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, &c.

## N O T A.

*Incipiens quasi annorum triginta. Nos Tomo 1. Chronologia Reformata lib. 8. cap. 6. ostendimus, probabilius esse Christum baptizatum esse die 6. Ianuarij feria 6. cum impletos annos 29. Et iam inchoasset annum 30. per dies 13. Omittimus autem hic Genealogiam eius, ut minus aptam ad Meditationes p̄ys affectibus excitandis destinatas.*

## M E D I T A T I O XLVIII.

*Pro die 17. Ianuarij.*

*Matt. 4. à nu. 1. ad 11. Marc. 1. nu. 12.*

*& 13. Luc. 4. à num. 1. ad 13.*

I. IESVS autem plenus Spiritu Sancto, regressus est à Iordane, & agebatur à Spiritu in deserto: *Sic Luc seu:* Et statim Spiritus expulit eum in desertum; *scilicet Marc. seu.* Deus est in desertum à Spiritu, ut tentaretur à diabolo: *sic Matt.* Et erat in deserto cum bestijs quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & nihil manducauit in diebus illis: & cum ieunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, consummatis illis, postea esurijt.

AC-

II. Accedens autem diabolus tentator dixit illi: Si filius Dei es dic, vt lapides isti panes fiant, ~~sed ex Læc.~~ dic lapidi huic vt panis fiat: Et respondit ad illum IESVS: Scriptum est: quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.

III. Tunc assumpsit eum Diabolus in Sanctam Ciuitatem, & duxit eum in Ierusalem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit illi: Si filius Dei es mitte te hinc deorsum: Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandauit de te, vt conservent te, & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedē tuum. Et respondens Iesus ait illi: Rursus scriptū est: non tentabis Dominum Deum tuum.

IV. Iterum assumpsit eum diabolus in Montem excelsum valde, & ostendit illi omnia regna Mundi, seu orbis terræ, & gloriam eorum in momento temporis, & dixit ei: Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt; & cui volo do illa. Tu ergo si cadens corā me, adoraueris me, hæc omnia tibi dabo, & erunt tua omnia. Tunc respondens IESVS dixit illi: vade Satana, scriptum est enim; Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli seruies.

V. Tunc consummata omni tentatione, reliquit eum diabolus, et recessit ab eo usque ad tempus; et ecce Angeli accesserunt, et ministrabant ei.

Hoc

Hoc ordine sensaciones refert Matthaeus, utens pariculis tūc. & iterum; à quibus abstinuit Lucas, concorditer referre illas, quoad substantiam. & secundo loco illam narrans, quam Matthaeus corriso loco refert.

## N O T A.

Montem excelsum, distarem duobus milliaribus à deserto Quaren ana, ubi Christus ieiunavat; estos hiis à latere Bethel, & Hui Australi, vocaturque nunc Mons Diaboli: iste Adrichomium, ubi de Tribu Beniamini. num. 90.

## ADMONITIO.

Hactenus Prima Pars Historia Euangelica absoluenda die 17. Ianuarij. Nam si Dominica Septuagesima incidat in diem 18. Ianuarij (citius enim non potest contingere:) Intermittendus est ordo alioquin debitus, & die 18. Ianuarij inchoanda est Tertia pars Historia Euangelica, de qua infra. Alioquin pergendum est in Secunda parte usque ad Dominicam Septuagesimam exclusuè, que non potest seriùs contingere quam die 21. Februarij.

S E.

SECVNDA PAR<sup>S</sup>  
EVANGELICÆ  
HISTORIÆ,  
In Meditationes CXXXIX.  
distributa.

meditatio

MEDIT. I.

Ex Ioannis c. 1. à n. 15. ad 20.

I. **I**oannes testimonium perhibet de ipso & clamat dicens. Hic erat, quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est, quia prior me erat, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

II. Quia lex per Moysen data est, gratia, & veritas per IESVM Christum facta est: Deum nemo vidit unquam: Unigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit.

III. Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudei ab Ierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad eum, ut inter-

98 SECVnda pars  
rogarent eum : Tu quis es ? & confessus  
est, & non negavit, & confessus est: Quid  
non sum ego Christus.

### N O T A.

*Gratiam pro Gratia , quia scilicet de plenitudine gratiae Christo collata, nos omnes gratiam accepimus ipsi proportionaliter respondente, ut quemadmodum ille est Filius Dei naturalis, ita nos sumus eius filii adoptius.*

---

### M E D I T . II.

*Ex Ioan. I. à num. 21. ad 34.*

I. **E**t interrogauerunt eum : Quid ergo ? Elias es tu ? & dixit non sum : Propheta es tu ? & respondit : Non. Dixerunt ergo ei : Quis es , ut responsum demus his, qui miserunt nos ? quid dicis de te ipso ?

II. Ait : Ego vox clamantis in deserto : Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaías Propheta (& qui missi fuerunt , erant ex Pharisæis) & interrogauerunt eum , & dixerunt ei : Quid ergo baptizas , si tu non es Christus, neque Elias , neque Propheta ? Respondit eis Ioannes : Ego baptizo in aqua : medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis , ipse est qui post me venturus est , qui ante me factus est,

cu-

cuius ego non sum dignus , vt soluam  
eius corrigiam calceamenti . Hæc in Be-  
thania facta sunt trans Iordanem , vbi  
erat Ioannes baptizans .

III. Altera die vidit Ioannes IESVM  
venientem ad se , & ait . Ecce Agnus Dei ,  
ecce qui tollit peccata Mundi . Hic est  
de quo dixi : post me venit vir , qui ante  
me factus est ; *seu genitus , ut versi portunt ex*  
*Graco γίνομαι* , quia prior me erat , & ego  
nesciebam eum , sed vt manifestetur in  
Israel , propterea veni ego in aqua bap-  
tizans .

IV. Et testimonium perhibuit Ioan-  
nes dicens , quia vidi Spiritum descen-  
denter , quasi columbam de Cœlo , &  
mansit super eum . Et ego nesciebam  
eum , sed qui misit me baptizare in aqua ,  
ille mihi dixit : super quem videris Spiri-  
tum descendenter , & manenter super  
eum , hic est qui baptizat in Spiritu Sa-  
cto , & ego vidi , & testimonium perhi-  
bui , quia hic est Filius Dei .

### M E D I T . III.

*Ex Ioan. i. à num. 35. ad 51.*

I. **A**ltera die iterum stabat Ioannes ,  
& ex discipulis eius duo , & respi-  
ciens IESVM ambulantem dicit : Ecce  
Agnus Dei , & audierunt cum duo disci-

## 100 SECUNDA PARS

puli loquentem , & secuti sunt IESVM : conuersus autem IESVS , & videns eos sequentes se dicit eis : Quid queritis ? qui dixerunt ei : Rabbi (quod dicitur interpretatum Magister) ubi habitas ? Dicit eis venite , & vide : venerunt , & vide- runt ubi maneret , & apud eum manse- runt die illo : hora autem erat quasi de- cima .

II. Erat autem Andreas frater Simo- nis Petri , unus ex duobus , qui audierant à Ioanne , & sequuti fuerant eum . Inuenit hic primum fratrem suum Simonem , & dicit ei , inuenimus Messiam (quod est interpretatum Christus) & adduxit eum ad IESVM . Intuitus autem eum IESVS dixit : Tu es Simon filius Iona : tu voca- beris Cephas ( quod interpretatur Pe- trus . )

III. In crastinum voluit exire in Galilæam , & inuenit Philippum , & dicit ei IESVS : sequere me ; Erat autem Philip- pus à Bethsaïda ciuitate Andreæ , & Pe- tri . Inuenit Philippus Nathanael , & di- cit ei ; Quem scripsit Moyses in legè , & Prophetæ , inuenimus IESVM filium Io- seph à Nazareth : & dixit ei Nathanael : à Nazareth potest aliquid boni esse ? Di- cit ei Philippus : Veni , & vide .

IV. Vedit IESVS Nathanael venien- tem ad se , & dicit de eo : Ecce verè Israe- lita , in quo dolis non est . Dicit ei Na- thanael : vnde me nosti ? Respondit IES- VS ,

SVS, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum essem sub ficu; vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait. Rabbi tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. Respondit IESVS, & dixit ei: Quia dixi tibi vidi te sub ficu, credis: maius his videbis, & dicit ei: amen amen dico vobis, videbitis Cœlum apertum, & Angelos Dei ascenderes, & descendentes supra Filium hominis.

## N O T A E.

Nathanael: *hunc fuisse Bartholomeum apostolum multis conjecturis probabiliter docent post Ruprechtum Abbatem. Iansenium ac 17. concord. Abulensem. Arianus Mentanum, Salmeronem tom. 4. p. 1. tract. 18. & Cornel. à Lapido in cap. 1. Ioannis; negant tam S. Augustinus, Baroepius, Toletus, Maldonatus, Ribera.*

A Nazareth potest aliquid boni esse & Sciebat enim ex Michae cap. 5. Christum non sciturum in Bethlehem Iudea.

Angelos Dei ascenderes. Sine id factum se in Ascensione Domini, sine alia peculiaris apparitione, quam Evangelista non reculerunt.



## M E D I T . IV.

Ex Ioan. 2. v/sq; ad num. II.

I. **E**T die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ, & erat Mater IESV ibi: Vocatus est autem, & IESVS, & Discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit Mater IESV ad eum: vinum non habent. Et dicit ei IESVS, quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.

II. Dicit mater eius ministris: Quodcunque dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundam purificationem Iudeorum, capientes singulæ metrotas binas, vel ternas. Dicit eis IESVS, implete hydrias aquam. Et impleuerunt eas v/sq; ad summum, & dicit eis IESVS: haerite nunc, & fertur Architriclino, & tulerunt. Ut autem gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam; vocat sponsum architriclinus, & dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum usque adhuc.

III. Hoc fecit initium signorum IESVS in Cana Galileæ, & manifestauit glo-

gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

## N O T A E.

In Cana Galileæ, nō tempore ad tribum Zebulon pertinente: altera enim Cana prope Sidonem ad tribum Aser pertinebat. Hinc quidam colligunt, sponsum hunc sūisse Simonem Cananæum filium Cleopha, fratribus S. Iosephi iam defuncti; ideoq; matrem Domini vocatam cum filio ad nuptias; vide Baronium ad annum 31. sed viso hoc miraculo Simon sponsa, ac mundo valedixoris Christiq. se adiunxerit.

Deficiente vino, nuptiali scilicet. & dengno coniuis, sortè enim in Apothecis erat vīnum vīlissima nota. Deipara ramen præmōns verecundiam Sponsi non exspectauit, ut totaliter deficeret vīnum nuptiale: At Christus volens evidenter esse miraculum, expectandum duxit tantisper, dum omnino deficeret & simul indicans, nec se, nec matrem debitum habere prouidendi de vīno; vel hoc miraculum, non ab ipso, ut homine exigendum, sed ut à Deo, qui naturam Diuinam ab ipso non acciperat, ideo mirissimis verbis. & placidissimo vuln̄ respondit: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea: parandi scilicet miraculi.

Secundūm Purificationem: Iudei enim sapientane, & inter opulas manus lavabant, & vasa, ut si quid immundum terigissent.

104 SECUNDA PARS

mundarentur, ut narratur Marci 7.

Metretas binas, vel ternas; si Metreta, ut vult Robertus Cenalis capiebat libras 108. sex hydria binarum metretarum capiebant libras 648. aqua, vel vini; ternarum autem libras 972.

Architriclino, id est Magistre, ex Moderatori communij, quem Rectorem nominat Ecclesiasticus cap. 32. Grati Symplochi archam.

Initium signorum, primum miraculum ad instantiam Maris sue: conuersurus in ultime conniviso vite sua mortalis unum ipsum, in sanguinem suum.

---

M E D I T. V.

Ex Ioannis. 2. num. 12. ad 25.

---

L P Oft hoc descendit Capharnaum. Ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat Pascha Iudeorum, & ascendit IESVS Ierosolymam, & inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & nummularios sedentes. Et cum fecisset quasi angellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque, & boues; & nummuliorum effudit æs, & mensas subuerxit, & his, qui columbas vendebant dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere dominum Patris mei, domum negotiationes.

Re-

Recordati sunt verò discipuli eius, quia scriptum est: Zelus domus tuæ comedit me.

II. Responderunt ergo Iudei, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit IESVS, & dicit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudei: Quadraginta, & sex annis adificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt Scripturæ, & Sermoni, quem dixit IESVS.

III. Cum autem esset Ierosolymis in Pascha inde festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat. Ipse autem IESVS non credebat semetipsum eis, eo quod ipse noster omnes, & quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhibet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

(*Hoc Pascha anno 30. Domini incidit in die 6. Aprilis, & feriam 5. Per fratres Domini, intellige iuxta Hebraicam phrasim, cognatos eius: nam Deipara, & S. Ioseph fuisse semper Virgines.*)

## N O T A E.

Fratres eius, non filios MARIAE, sed

E 5

Ie.

*Iosephi, sed cognatos, & consanguineos; phrasē  
Hebraicā.*

Qudraginta, & sex annis, computatis  
scilicet annis, quibus Salomonis Templum  
septennio constructum, sed à Chaldeis incen-  
sum, ac destrūctum, fuit postea partim à Zo-  
robabele, partim à Machabaeis, partim ab  
Herode Ascalonita constructum, restauratum,  
& ornatum.

---

## M E D I T. VI.

*Ex Ioannis 3. à num. 1. ad 8.*

I. **E**RAT autem homo ex Pharisæis Ni-  
codemus nomine, princeps Iu-  
dæorum. Hic venit ad IESVM nocte, &  
dixit ei. Rabbi scimus, quia a Deo ve-  
nisti Magister; nemo enim potest hæc si-  
gna facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus  
cum eo.

II. RESPÖDIT IESVS, & dixit ei; Amen  
amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit  
denuò, non potest videre regnum Dei.  
Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo po-  
test homo nasci cum sit senex? nunquid  
potest in ventrem matris suæ iterum in-  
troire, & nasci? Respondit IESVS. Amen  
amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex  
aqua, & spiritu, non potest introire in  
regnum Dei.

III. **Q**uod natum est ex carne, caro  
est;

est : & quod natum est ex Spiritu spiritus est . Non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo : Spiritus ubi vult spirat , & vocem eius audis , sed nescis unde veniat , & quo vadat . Sic est omnis , qui natus est ex Spiritu .

## N O T A E.

*Princeps Iudeorum, id est unus ex Principibus Iudeorum Phariseis , qui scilicet superiorem , ac sanctiorem Legis observantiam proficiebantur , sicut nunc deceret Canonicos reliquosq; Clericos .*

*Respondit IESVS , vel expressa , vel tacita interrogatio de consequendo Regno Dei , insinuans illi Baptismum . per quem renasci oportet non carnaliter , sed spiritualiter .*

*Spiritus ubi vult spirat , sive ex venti spiramine , quid spiritualiter fiat in homine per gratiam indicans : sive nomine Spiritus Spiritum Sanctum , ac Divinas inspirationes , quae gratia praeueniunt hominem .*

## M E D I T. VII.

*Ex Ioann. 3. à num. 9. ad 16.*

I. **R**espondit Nicodemus , & dixit ei : quomodo possunt haec fieri . Respondit IESVS , & dixit ei . Tu es Magister in Israel , & haec ignoras ? Amen

108 SECUNDA PARS

amen dico tibi , quia quod scimus loqui-  
mur , et quod vidimus testamur , et testi-  
monium nostrum non accipitis : si terre-  
na dixi vobis , et non creditis , quomodo  
si dixerim vobis cœlestia credetis ?

II. Et *sub intellige dixerim*: Nemo ascen-  
dit in Cœlum , nisi qui descendit de Cœ-  
lo . Filius hominis qui est in Cœlo . Et  
*sub intellige dixerim*: Sicut Moy ses exaltauit  
serpentem in deserto , ita exaltari oportet  
filium hominis ; ut omnis qui credit  
in ipsum non pereat , sed habeat vitam  
æternam .

III. Sic enim Deus dilexit mundum ,  
ut Filium suum unigenitum daret , ut om-  
nis qui credit in eum non pereat , sed ha-  
beat vitam æternam .

N O T A E.

Tu es Magister : Quod Spiritus Dei gratia  
præueniret homines . Et eas spiritualiter viu-  
ficet , poserat ex Sacris Scripturis colligi , ideoq;  
perstringitur Nicodemus , quod hoc ignora-  
nerit .

Si terrena , id est per similitudines terre-  
nas aqua , venti , &c. Cœlestia , id est sublimio-  
ra , quæ mox innuit , videlicet de Filiis homi-  
nis , qui sic descendit de Cœlo ad assumendam  
carnem humanam . ut simul per Divinita-  
tem sit in Cœlo , & illuc assensurus cum hu-  
manitate , postquam exaltatus fuit in Cœ-  
lem , &c.

M E

M E D I T. VIII.

*Ex Ioann. 3. à num. 17. ad 21.*

I. **N**on enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.

II. Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filii Dei. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum: & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem, erant enim eorum mala opera.

III. Omnis enim, qui male operatur odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

---

M E D I T. IX.

*Ex Ioann. 3. à num. 32. ad 30.*

I. **P**ost hæc venit IESVS, & Discipuli eius in Iudeam terram, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat: Brac aucem, & Ioannes baptizans in Aenon, iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illuc,

&c

## 110 SECUNDA. PARS

& veniebant, & baptizabantur: Non dum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudeis de purificatione, & venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi qui erat tecum trans Iordanem; cui testimoniū perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

II. Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de Cœlo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: non sum ego Christus, sed quia missus sum antè illum.

III. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi qui stat, & audie, gaudio gaudet propter vocem Spōfi, hoc ergo gaudium meum impletum est: Ille oportet crescere, me autem minui.

---

## MEDITATIO X.

Ex Ioann. 3. à num. 31. ad 36.

I. **Q**ui de surfuit venit, super omnes est, qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: Qui de cœlo venit super omnes est.

II. Et quod vidit, & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. Qui accipit eius testimonium, sanguinavit quia Deus verax est: Quem enim mis-

misit Deus, verba Dei loquitur.

III. Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum: Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.

IV. Qui credit in Filium habet vitam æternam, qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

---

M E D I T. XI.

*Ex Luca 3. n. 19. & 20. Matt. 14.*

*nū. 3. ad 5. & c. 4. n 12. Marc. 6.*

*nū. 17. ad 20. & cap. 1. nū. 14.*

*Ivan. 4. num. 1. ad 4.*

I. **C**um autem Herodes tetrarcha corriperetur ab illo de Herodias de uxore fratris sui Philippi, quia duxerat eam, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes ( dicebat enim Ioannes Herodi: non licet tibi habere uxorem fratris tui) Herodias insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat.

II. Herodes enim metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum: & custodiebat, id est ex Graeco textu observabat eum, & audire eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

III. Sed tandem urgente Herodiade. Adiecit & hoc super omnia, & misit, ac se-  
mit

## 128. SECUNDA PARS

nuit Ioannem, & alligauit eum, & posuit  
in carcerem, propter Herodiadem, &  
volens illum occidere, timuit populum;  
quia sicut prophetam eum habebant.

IV. Postquam autem traditus est Ioannes, & cum audisset quod Ioannes tra-  
dictus esset, ut cognouit IESVS, quia au-  
dierunt Pharisei, quod IESVS plures di-  
scipulos facit, & baptizat, quam Ioan-  
nes; (Quamquam IESVS non baptizaret,  
sed discipuli eius) Reliquit Iudeam, &  
abijt in Galileam: oportebat autem eum  
transire per Samariam.

## N O T A.

De Herodiade erat haec filia Aristobulio  
qui erat nepos ipsius Herodis tetrarcha, &  
uxor Philippis Tetrarcha, qui erat frater eius.  
dem Herodis.

De omnibus malis : hic enim Herodes  
Antipas adeò viciosus fuit, ut cum Christus  
Lucas 13. vulpem appellaret, & à Caio Impe-  
ratore Tetrarchia spoliatus, ac missus in exa-  
lium fuerit.

Adiecit, & hoc. Sunt qui cum S. Hiero-  
nymo, Carthusiano, Caecano, Toloto, Ianse-  
nioq; patens Scribas, cum Herodiade conspi-  
rasse in carcerem, necomq; & 10. Bap. quis  
de hoc sub nomine Elias Christus March. 27.  
dixit: Elias iam venit, & non cognoue-  
tunt eum, sed fecerunt in eo quacunq;  
voluerunt.

Quam-

Quamquam IESVS non baptizaret;  
ordinariè scilicet; quidam enim patrā à Chri-  
sto baptizatos Desparati, & S. Petrum..

Per Samariam. Provinciam videlicet.

## M E D I T. XII.

*Ex. Ioan. 4: à num. 4. ad 25.*

I. **V**enit ergo in ciuitatem Samarie, quæ dicitur Sichæ, iuxta prædium, quod dedit Iacob, Ioseph filio suo: eras autem ibi fons Iacob. IESVS autem fatigatus ex itinere, sedebat sic super præfootem. Hora etat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei IESVS, da mihi bibere. Discipuli enim eius abiabant in ciuitatem, ut cibos emerent.

II. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: quomodo tu Iudeus cum sis bibere à me poscis, quia sum mulier Samaritana? non enim contundunt Iudei Samarianis. Respondit IESVS, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere; tu forsitan peries ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.

III. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo biberet,

&amp;

& filij eius, & pecora eius? Respondit IESVS, & dixit ei: Omnis qui biberit ex aqua hac, sicut iterum: Qui autem bibet ex aqua, quam ego dabo ei, non sicut in æternum; sed aqua, quam ego dabo ei, sicut in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

IV. Dicit ad eum mulier, Domine dame mihi hanc aquam, ut non sitiam: neque veniam huc haurire.

### N O T Æ.

Sedebat sic suprà fontem, semper supra marginem putoi, unde aqua scaturiebat, & sic, id est sicut solent fassigari vintores sedere humi, ubi aliquem sedendi locum aliquantum commodum natus fuerint.

Iudeus cum sis, ex dialecto loquela, & fimbria carnlea vestis de qua 15. numerorum, potuit illum discernere esse Iudaum.

Non enim contunduntur Iudei Samaritanis: verba sunt Euangeliſta, qui vocat Samaritanos haberi à Iudeis, ut Schismaticos, aut Hæreticos, eo quod partim legem Moysis, partim Gentilium ritus obseruarent, & in invocazione Tempis post captivitatem Iudeis obstituerent, ipsiq; in Monte Garizim, aliud Templo semi profano rite erexit, nec recipuerent de Testamento vocari, nisi Pentateuchum.

M. R.

*M E D I T. XIII.**Ex Ioan. 4. à num. 16. ad 27.*

I. **D**icit ei IESVS, vade voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit: non habeo virum: dixit ei IESVS: benè dixisti, quia non habeo virum: Quinque autem viros habuisti, & nunc, quem habes, non est tuus vir, hoc verè dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ierosolymis est locus ubi adorare oportet.

II. Dicit ei IESVS: mulier crede mihi quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudeis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate: Nam, & Pater tales querit qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum in Spiritu, & veritate oportet adorare.

III. Dicit ei mulier, scio quia Messias venit, qui dicitur Christus, cum ergo venerit, ille nobis annunciat omnia. Dicit ei IESVS: Ego sum qui loquor tecum. Et continuò venerunt Discipuli eius:

eius: & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit, quid queris, aut quid loqueris cum ea?

## NOTE.

Patres nostri in Monte hoc, nampc Jacob, Iosue, & Moyses de quibus Genes. 33. Iosue vult. Deuteronomij 27. & praeceps illi qui in Templo Garizim ab Alexandri Magni tempore, usq; ad tempus Hircani neporis Iude Machabai per annos 200. sacrificarant: per se aenam destructum fuit.

Adoratis quod nescitis, quia Deum unde cum Idolis in cultu vestro coniungitis, & ritibus à Deo non praescripsi.

Scio, quia Messias venit: dixerat enim Christus, veniet hora, & nunc est: iam enim ex translatione regni à Iudeis ad alienigenam Herodem; ex Hebdomadibus Danielis; ex Magorum verbis; ex Io. Baptista testimoniocœperat vulgari rumor de proximo adventu Messiae.

## MEDIT. XIV.

Ex Ioan. 4. à nup, 28. ad 42.

I. **R**eliquit ergo hydriam suam Mulier: & abiit in Ciuitatem: & dicit illis hominibus. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque

que feci. Numquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. Interea rogabant eum Discipuli dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis: ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Dicebant ergo Discipuli ad iuicem: Nunquid aliquis attulit ei manducare?

II. Dicit eis IESVS: meus cibus est, ut faciam voluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albe sunt iam ad messem, & qui metit mercem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut & qui seminat simul gaudeat, & qui metit.

III. In hoc enim est verbum verum, quia aliis est qui seminat, & aliis est qui metit: Ego misi vos metere, quod vos non laborauistis: alii laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.

IV. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibeatis: Quia dixit mihi omnia quæcumq; feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, ut ibi maneret, & mansit ibi duos dies: & multo plures crediderunt propter sermonem eius, & mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam fidei qualitatem credimus: ipsi enim

118 SECUND A PARS  
audiuimus, & scimus, quia hic est verè  
Saluator Mundi.

## N O T A E.

Adhuc quatuor menses sunt, & missis  
venit. Ergo tunc erat mensis December, aut  
Januarius, quia in Iudea missis fieri solebat  
sub finem Aprilis, vel initium Maii.

In hoc est verbum verum, id est prouer-  
bium, quo vulgo dicebatur unus scribit, alius  
metit.

Alij laborauerunt, Propheta. & legis De-  
cōtores, iactis seminibus de regno Dei ad Gen-  
zes propagando, de aduentu Messie, & de San-  
ctitate, ac Gratia per ipsum diffundenda in  
omnes regiones.

---

## M E D I T . XV.

*Ex Matt. 4. nū. 12. ad 17. & Marci  
1. n. 14. Luc. 4. nū. 14. 15. &  
Ioan. 4. à nū. 43. ad 45.*

L. Post duos autem dies exiit inde  
IESVS, & regressus est in Spiritu  
in Galilæam, & relata ciuitate Nazareth  
( ipse enim IESVS testimonium perhi-  
buit, quia propheta in sua patria hono-  
rem non habet ) venit, & habitavit Ca-  
pharnaum maritimam in finibus Zabu-  
lon,

Ion, & Nephthali, ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam. Terra Zabulon, & terra Nephthali via maris trans Iordanem Galilææ gentium: Populus qui sedebat in tenebris vidi lucem magnam, & sedentibus in regione umbra mortis lux orta est eis.

II. Exinde prædicans Euangelium regni Dei, coepit IESVS prædicare, & dicere: pœnitentiam agite, quoniam impletum est tempus, appropinquauit enim regnum cœlium, pœnitemini, & credite Euangelio.

III. Cum ergo venisset in Galilæam excepérunt eum Galilæi, cum omnia vi-dissent, quæ fecerat Ierosolymis in die festo, & ipsi enim venerant ad diem festum: & fama exiit per vniuersam regionem de illo, & ipse docebat in Synago-gis eorum, & magnificabatur ab omni-bus.

## N O T A E.

Appropinquauit enim Regnum Cœlo-rum, idest lex gratia, per quam Deus non in Iudea tantum, sed ubiq; regnabit, & vicinius electi migrare poserunt, quam primum ex hac vita ad Cœlum, nec detinebuntur iam in sinu Abraha: sicut hactenus detinuntur.

In die festo, sive Paschatis, sive Tabernaculorum.

## M E D I T . XVI.

Ex Ioan. 4. à num. 46. ad 54.

I. **V**enit ergo iterum in Cana Galilææ ubi fecit aquam vinum, & erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia IESVS adueniret à Iudea in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderebet, & sanaret filium eius; incipiebat enim mori: Dixit ergo IESVS ad eum: nisi signa, & prodigia videritis non creditis. Dicit ad eum Regulus, Domine descéde priusquam moriatur filius meus. Dicit ei IESVS: Vade filius tuus viuit.

II. Credidit homo sermoni, quem dixit ei IESVS, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & oun- ciauerunt dicentes, quia filius eius viuet. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit: & dixerunt ei: quia h̄ora hora septima reliquit eum febris.

III. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei IESVS, filius tuus viuit, & credidit ipse, & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit IESVS cum venisset à Iudea in Galilæam.

Hoc signum vocatur secundum comparati-  
onē ad primum factum, dum esset in Cana Ga-  
lilea.

N O.

## N O T A.

*Regulus, siue fueris de Regia stirpe Hero-  
dis, siue Regius aliquis vir nobilis, & Consi-  
liarius Regis, aliaue dignitate conspicuus;  
Gracè enim nunc habetur basilius, ideo Regu-  
lius, non basilius ut olim, ideo Regulus.*

---

## M E D I T. XVII.

*Ex Matt. 4. nn. 17, ad 22. Marc. I.  
num. 16. ad 20.*

I. **A**mbulans autem, & præteriens IE-  
SVS secùs mare Galileæ, vidi-  
duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus,  
& Andream fratrem eius mittentes retia  
in mare (erant enim pescatores) & dixit  
eis IESVS: Venite post me, & faciam  
vos fieri pescatores hominum: At illi  
cōtinuò relictis retibus, securi sunt eum.

II. Et progressus inde pusillum, vidi-  
alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, &  
Ioannem fratrem eius in nauि, cum Ze-  
bedæo patre eorum, & ipsos reficien-  
tes retia sua, & componentes in nauि, & sta-  
tim vocauit illos: Illi autem statim re-  
lictis retibus, & patre suo Zebedæo in-  
nauि, cum mercennarijs, fecuti sunt eum.

## N O T A.

**R**elictis retribus securi sunt eum, animo quidem permanendi perpetuò in eius sequela, sed non animo desistendi à piscatu cereis temporibus de licencia magistri sui, & deinceps reverendi ad comitacium Christi, ut paucet ex pescatione miraculosa descripta à S. Luca cap. 5. de qua infra Medit. 36. in qua ramon non dicitur vocatus fuisse; Et circumstantia adeo diversa sunt, ut miror aliquis hanc vacacionem ad illius pescationis tempus referre. In hac enim Petrus, & Andreas sponte sua miscebant retia in mare, & IESVS auocavit eos à piscatu. Jacobus autem, & Ioannes reficiebant retia in alia nauis. At pescatio miraculosa initia est iussu Christi, nec iunc primo vocati sunt, sed Petro confirmata promissio de piscandis hominibus, diverse itaq; fuerunt vocatio, de qua hic. & confirmatione de qua Luca 5. ut cum S. Augustino de consensu Euang. c. 17. sentiunt, Liranus, Maldonatus, Toleetus, multisq; aliij.

**M E D I T . X V I I I .****E**x Luce 4. num. 16. ad 30.

**L**ET venit Nazareth, ubi erat natus, & intravit secundum consuetudinem suam die Sabbathi in Synagogam.

CIV.

I

gam. Et surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiae Prophetæ: & ut reuoluit librum, inuenit locum, ubi scriptum erat. Spiritus Domini super me, propterea quod vnxit me, Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde. Prædicare captiuis remissionem, & cœcis visum; dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributiodis.

II. Et cum plicuisset librum reddidit ministro, & sedet; & omnium in Synago-  
ga oculi erant intendentes in eum. Cœ-  
pit autem dicere ad illos: Quia hodie  
impleta est hæc Scriptura in auribus ve-  
stris. Et omnes rostimonium illi dabant,  
& mirabantur in verbis gratiæ, quæ pro-  
cedebant de ore ipsius, & dicebant:  
Nonne hic est filius Ioseph?

III. Et ait illis, utique dicetis mihi  
hanc similitudinem: Medice cura te ip-  
sum: quanta audiuimus facta in Caphar-  
naum? fac & hic in patria tua. Ait au-  
tem: Amen dico vobis, quia nemo pro-  
pheta acceptus est in patria sua. In veri-  
tate dico vobis, multæ viduæ erant in  
diebus Eliæ in Israel, quando clausum  
est coelum annis tribus, & mensibus sex;  
cum facta esset famæs valida in omni ter-  
ra, & ad nullam illarum missus est Elias,  
nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem vi-  
duam. Et multi Jeptosi erant in Israel  
sub Eliso Propheta, & nemo eorum

mundatus est , nisi Naaman Syrus .

IV. Et repleti sunt omnes in Synago-  
ga ira , hæc audientes , & surrexerunt , &  
ciecerunt illum extra Ciuitatem : Et du-  
xerunt illum vsque ad supercilium Mon-  
tis , super quem ciuitas illorum erat ædi-  
ficata , vt præcipitarent eum . Ipse au-  
tem transiens per medium illorum ibat .

### N O T Æ.

*Surrexit legere . Erexit se , poscens Il-  
lum , ut tanquam Doctor interpretaretur  
illum .*

Vt reuolut , id est expandit , libri enim  
tunc erant unica membrana longa circa Cy-  
lindrum conuoluta ; statim autem iuuenit lo-  
cum Isaiæ , qui erat non longè à fine , ut nunc  
est in Capite 61 .

Propter quod vnxit me : in Isaiæ babe-  
tur : Eo quod vnxerit me , in primo scilicet  
instanti Incarnationis , in quo iuxta Danielis.  
dictum , vñctus est Sanctus Sanctorum . Grande  
CHRISTVS esse cœpit , id est vñctus .

Annum placabilem . Quasi Annum Iu-  
bilai græsa copiosa , ac misericordia non restri-  
ctum ad unicum annum determinatum ( non  
enam dixit . Hunc annum . ) unde multe qui-  
dam inferunt . Cbitistum rūmico anno predicas-  
ses sed indefinitè ex ensu in adiutorium prædicati-  
onis Evangelice tempus astinuit per Apostolos .  
intra illud Pauli 2. Corinthi . 6. Ecce nunc  
tempus acceptabile , &c .

Hanc

Hanc similitudinem : *hoc proverbiu[m]*.

Transiens per medium illorum, sive in-  
visibilis factus, sive illos miraculo occulto di-  
vertens ab ipso apprehendendo, ac precipitando,  
& sic eludens eorum consilium.

---

## M E D I T. XIX.

*Ex Luca 4. nū. 31. ad 37. Matt. 4.  
num. 23. ad 25. Marc. 1.  
num. 21. ad 28.*

I. **E**T descendit in Capharnaum Ciuitatem Galileæ, & statim Sabbatis ingressus in Synagogam docēbat eos, & stupebant super doctrinā eius, quia in potestate erat sermo eius, erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut Scribz.

II. Et in Synagoga erat homo habens Spiritum immundum, & exclamauit voce magna dicens : Sine, quid nobis, & tibi IESV Nazarene ? venisti perdere nos? Scio te quia sis, Sanctus Dei .

III. Et comminatus est ei IESVS, & increpauit illum dicens : obmutesc, & exi de homine, & discerpens eum spiritus-immundus, & exclamans voce magna cum proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab eo nihilq; illum nocuit, & factus est pauor in omnibus, & mirati-

sunt omnes, & colloquebantur ad inuicem dicentes; Quid nam est hoc? Quia nam doctrina hæc noua? Quia in potestate erram spiritibus immundis imperat, & obediunt ei, & exeunt? & procelsit rumor eius statim in omnem regionem Galileæ.

IV. Et circuibat IESVS totam Galilæam docens in Synagogis eorum, & predicans Euangeliū regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo, & abij opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes varijs languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmoniā habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

## N O T A E.

Quasi potestatem habens, videlicet auctoritatem, & efficaciam exemplo vita Sanctissima, & miraculis confirmatam, & perspicua, ac profundiori interpretatione plus quam scriba docens; & illustrans mentes animalium, eosq; interius accendens.

Scio te quia sis Sanctus Dei, id est Sanctus Sanctorum, non quod id certò sciret, sed vehementissimis coniecturis ita estimaret: ait enim S. Augustinus l. 9. Civit. cap. 21. de

Chri-

*Christo à damonibus cognito: Tantum inno-  
tuit, quantum voluit, tantum voluit,  
quantum oportuit.*

*Decapolis erat regio 30. milliarium lon-  
ga, & lata, decem ciuitates continens, qua  
dicebantur Cesarem Philippi Aser, Cades,  
Nephthalim, Sephet, Corozaim, Capharnaum,  
Bethsaida, Iosapata, Tiberias, & Bethsan.*

---

## MEDIT. XX.

Ex Matt. 5. num. 1. ad 12.

I. **V**Idens autem turbas ascendit in montem, & cum sedisset accesserunt ad eum Discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipso possidebant terram.

II. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabantur; Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

III. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati munido corde, quoniam ipsi Deum videbunt, Beati pacifici, quoniam Filij Dei vocabuntur.

IV. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum. Beati estis cum

maledixerint vobis , & persecuti vos fuerint , & dixerint omne malum aduersum vos mentientes , propter me : Gaudete , & exultate , quoniam merces vestra copiosa est in Cœlis : Sic enim persecuti sunt Prophetas , qui fuerunt ante vos .

## N O T A.

*Ascendit in Montem , scilicet sicutum in Galilæa , & fortasse Thabor , ut S. Hieronymus putat ; sive eum , qui postea dictus est Mons Christi , distans tribus milliaribus à Capernaum versus Occidensem .*

---

## M E D I T . X X I .

*Ex Matt. 5. à num. 13. ad 19. & Marc. 4. num. 21.*

I. **V**os estis sal terræ , quod si sale evanuerit , in quo salietur ? ad nihil valet ultra , nisi ut mittatur foras , & conculceretur ab hominibus .

II. Vos estis lux mundi , non potest ciuitas abscondi suprà montem posita : neque accendunt lucernam , & ponunt eam sub modio , sed super candelabrum , ut luceat omnibus , qui in domo sunt . Sic luceat lux vestra coram hominibus , ut videant opera vestra bona , & glorificeant Patrem vestrum , qui in Cœlis est .

No-

Nolite putare , quoniam veni soluere legem, aut prophetas, non veni soluere, sed adimplere : Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum, & terra iota vñū, aut vñus apex non præteribit à lege , donec omnia fiant .

IV. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines , minimus vocabitur in regno cœlorum ; Qui autem fecerit , et docuerit hic magnus vocabitur in regno Cœlorum .

---

### MEDIT. XXII.

*Ex Matth. 5. à num. 20. ad 26. &  
Lucae 12. num. 58. & 59.*

I. **D**ico enim vobis , quià nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum , & Phariseorum non intrabis in Regnum Cœlorum . Audistis quià dictum est antiquis; Non occides, qui autem occiderit reus erit iudicio ? Ego autem dico vobis , quià omnis qui irascitur fratri suo , reus erit iudicio , qui autem dixerit fratri suo , raca : reus erit Conclito , qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis .

II. Si ergo offers munus tuum ad altare , et ibi recordatus fueris quià frater tuus habet aliquid aduersum te; relinque

## 130 SECUND A PARS

*Abi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum.*

III. Esto consentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo, ne fortè tradat te aduersarius Iudici, et iudex tradat te ministro, et in carceré mittaris: Amen dico tibi non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

## N O T A E.

*Reus erit iudicio, scilicet Iudicis supremi, qui discernit internos quoq; motus animi.*

Raca vox Syriaca, qua non quidem demen-tem, sed hominem Iudicij dimittens, aut incon sideratum significabat, & tamen talem iniuriam coniiebat, ut accusari posset coram confessu plurium iudicium.

Fatue, animo contumelioso, & contra personam, qua inde grauior offendatur; non autem eo modo quo parentes, ac magistri increpant filios, aut discipulos, & quo Christus dixit Luca 24. O stulti, & tardi corde; aut Paulus ad Gal. 3. O insensati Galatae.

Aduersario tuo. Consulens esse docet non litigare, sed concordia, & compositione prouenire aduersarium, antequam in Iudicium voceris.

adversarius

M. E.

## MEDIT. XXIII.

Ex Matth. 5. ànu. 26. ad 37.

I. **A**udistis quia dictum est antiquis  
non mœchaberis; Ego autem  
dico vobis, quia omnis, qui viderit mu-  
lierem ad concupiscendum eam, iam-  
mœchatus est eam in corde suo. Quod  
si oculus tuus dexter scandalizat te, erue  
eum, & projice abs te: Expedit enim ti-  
bi, ut pereat unum membrorum tuorum,  
quam totum corpus tuum mittatur in  
gehennam. Et si dextera manus tua  
scandalizat te, abscide eam, & projice  
abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum  
membrorum tuorum, quam totum cor-  
pus tuum eat in gehennam.

II. Dictum est autem; quicunque di-  
miserit vxorem suam det ei libellum re-  
pudij. Ego autem dico vobis, quia om-  
nis qui dimiserit vxorem suam, excepta  
fornicationis causa, facit eam mœchari,  
& qui dimissam duxerit adulterat.

III. Iterum audistis, quia dictum est  
antiquis: Non periurabis; reddes autem  
Domino iuramenta tua. Ego autem di-  
co vobis, non jurate omnino, neque per  
Cœlum, quia thronus Dei est; neque per  
terrā, quia scabellum est pedum eius,  
neque per Ierosolymam, quia ciuitas est

magni Regis. Neque per caput tuum iuraueris; quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester est, est, non, non: quod autem his abundantius est, à malo est: *Ideſt à maligni ſpiritus ſuggeſtione Græcè enim eſt, & nō tū trinquē.*

## N O T A E.

**E**rue, abſcide, etc. *ideſt perinde abſtine ab eorum abuſu, ac ſi penitus illiſ careres, eos ueroiuſſes tibi, aut abſcidiffes.*

Excepta fornicationis cauſa; Non ob sermo hic de diſſolutione matrimonij ob fornicationem, ſeu adulterium uxoris, ſed de diuortio tantum, ut conſtat ex Iure Canonico cap Quæſiuit de diuortio, & ex Apoſtolo I. ad Corinthios cap. 7. dicente: Iis autem, qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, uxorem à viro non diſcedere, quod ſi diſceſſerit, manere inuptam, aut viro ſuo reconciliari: et viro uxorem non dimittat.

Facit eam moe haris; *ideſt ſi alia de cauſa, quam ob adulterium illam dimittit, ponit eam in periculo, & occasione adulterandi cum alijs: nam ſi eam deprehenſam ſemel, aut ſapientius in adulterio dimittat, iam non facit eam adulteram, ſeu proclivem ad adulterium ſed illam iam talē reperit, & iđo hac ſola de cauſa, aut poeſiſſima lices diuorcium ab ea facere.*

Ne-

Neque per Cœlum , etc. Pharisi enim dicebant iuramenta facta per creaturas non obligare , idèque per eas iurari posse facilius , quam per Deum Creatorem .

---

## MEDIT. XXIV.

Ex Matth. 5. à num. 38. ad 48.

I. **A**udistis quia dictum est : Oculum pro oculo , dentem prodente . Ego autem dico vobis non resistere malo , sed si quis te percusserit in dexteram maxillam , præbe illi , & alteram . Et ei qui vult tecum in iudicio contendere , & tunicam tuam collere , dimitte ei & pallium .

II. Et quicunque angariauerit te mille passus , vade cum illo alia duo . Qui petit à te dà ei , & volenti mutuare à te , ne auertas .

III. Audistis quia dictum est : Diliges proximum tuum , & habebis odio inimicum tuum . Ego autem dico vobis . Diligitе inimicos vestros : benefacite his , qui oderunt vos ; & orate pro persecutibus & calumniantibus vos , ut sis filij Patris vestri , qui in cœlis est , qui solem suum oriri facit super bones , & malos , & pluit super iustos , & iniustos .

IV. Si enim diligitis eos , qui vos diligunt , quam mercedem habebitis? nonne

&amp;

& publicani hoc faciant? & si salutare-  
ritis fratres vestros tantum, quid amplius  
faciatis? Nonne, & ethnici hoc faciunt?  
Estate ergo vos perfecti, sicut & pates  
vester coelestis perfectus est.

## N O T A.

Oculam pro Oculo, etc. Lex salomonis Exodi 21. & Leuitici 24. concedebat id pro-  
curare auctoritate iudicis, ex mortuo Iustitia,  
non odio in proximum, ne quia difficillimum  
est id procurare absq; odio. Consilium dat Da-  
minus heroicæ charitati congruum.

Odio habebis inimicum, &c. hac verba  
nusquam reperiuntur in Sacra Scriptura: Le-  
uiticii auctor 19. dicitur: Non oderis fra-  
trem tuum in corde tuo, &c. non queras  
vltionem, nec memor oris iniurie fra-  
trum tuorum. Et Exodi 23. Si occurseris  
boui inimici tui, aut asino erranti, reduc  
ad eum. Si videris asinum odientis te  
iaccere sub onere, non pertransibis, sed  
subleuabis cum eo. At Pharisa ad verba  
Leuiticii c. 19. nn. 18. Diliges amicum tuum,  
adserant hanc glossam. & odio habebis  
inimicum tuum, quam reprobat hos loci  
Scriptus.

I. J. D. 1. 1. 1. 1.

2. 2. 2. 2. 2.



3. 3. 3. 3. 3.

no

## M E D I T. XXV.

*Ex Matt. c. 6. à num. 1. ad 9.*

I. **A**ttendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis ; alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in Cœlis est. Cùm ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te ; sicut hypocritæ faciunt in Sinagogis, & in vicis, ut honorificantur ab hominibus : Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito ; & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

II. Et cùm oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus ; amen dico vobis receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.

III. Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici, putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim Pater ve-

ster

136 SECUNDA PARS  
Ater quid opus sit vobis , antequam petatis eum ; sic ergo vos orabitis .

N O T A.

Nolite multum loqui . Græcè est Barathros , quod significat superflua prelixato . Et inani multiloquio vesti , ponendo fiduciam in superstitione multitudine , ac numero verborum ; sicut Ebrei faciebant , posens quam in affectu inscriberi , ac fide in Deum .

---

MEDIT. XXVI.

Ex Matth. 6. à num. 9. ad 15. &  
Luca 11. à num. 2. ad 4.

I. **P**ater noster qui es in Cœlis , sanctificetur nomen tuum : adueniat regnum tuum : fiat voluntas tua sicut in cœlo , & in terra .

II. Panem nostrum supersubstantialem , seu ut Lucas quotidianum da nobis hodie : & dimitte nobis debita nostra , id est ut Lue. peccata nostra , sicut & nos dimittimus debitoribus nostris : seu ut Luc. Si quidem , & ipsi dimittimus omni debenti nobis .

III. Et ne nos inducas in tentationem , sed libera nos à malo , id est à maligno dominione , ex Graeca letitiosa :

Si

**IV.** Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum ; dimitte & vobis Pater vester cœlestis delicta vestra , si autem non dimiseritis hominibus ; nec Pater vester dimitteret vobis peccata vestra .

---

**MEDIT. XXVII.**

**Ex Matth. 6. à num. 16. ad 23. &**  
**Luca 11. à nu. 34. ad 36.**

**I.** **C**um autem ieunatis , nolite fieri sicut hypocritæ , tristes : exterminant enim facies suas , ut appareant hominibus ieunantes : Amen dico vobis , quia receperunt metcedem suam . Tu autem cum ieunas vnge caput tuum , & faciem tuam laua , ne videaris hominibus ieunans , sed Patri tuo qui est in abscondito , & Pater tuus , qui videt in abscondito , reddet tibi .

**II.** Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra , vbi ærugo , & tinea demolitur , & vbi fures effodiunt , & furantur ; Thesaurizate autem vobis thesauros in coelo , vbi neque ærugo , neque tinea demolitur , & vbi fures non effodiunt , nec furantur : vbi enim , est thesaurus tuus , ibi est & cor tuum .

**III.** Lucerna corporis tui est oculus tuus , si oculus tuus fuerit simplex , totum cor-

corpus tuum lucidum erit: si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit; si ergo lumen, quod in te est tenebrae sunt, ipsæ tenebrae quantum erunt? Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebrae sint. Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

## N O T A E.

Vnde caput tuum, in signum lacrima, de quo usu apud Hebreos praescivis, quantumuis pauperes, vide Ruth c. 3. n. 3. Iudith c. 10. & 16. Ester c. 2. Daniel c. 10. n. 3. & c. 13. n. 17. & 4. Regum c. 4.

Totum corpus tuum lucidum erit. Nempe omnes reliqua operationes corporeæ, absq; offendiculo poterunt peragi, ut pote oculo lumen preferente, ac dirigenre reliqua membra.

Lumen quod est in te. Nempe intentio operandi non propter gloriam ab hominibus acquirendum, quam paulo ante damnarat in hypocrisis, sed propter Deum, qui vides in absconde.

Totum corpus metaphorice, tam opus ex pura intentione placendi Deo peractum, sic enim operando mereberis augmentum fidei, & illuminationes diuinas.

M E.

MEDIT. XXVIII.

Ex Matth. 6. à num. 24. ad 34. &  
Luce 12. num. 22. ad 31.

& c. 16. nu. 13.

I. **N**emo seruus potest duobus dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit; aut vnum sustinebit, seu ut Lue. vni adhaerbit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & Mammonæ.

II. Ideò dico vobis, ne solliciti sitis anima vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini: nonne anima plus est qnām esca, & corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia cœli, quoniam non seruat, neque metunt, neque congregant in horrea, & Panter vester coelestis pascit ea. Seu ut habet Lucas alia occasione repetita à Domino: Considerate Coruos, quiā non seminant, neq; metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos; nonne vos magis, seu ex Lue. quantò magis vos pluriſſis estis illis!

III. Quis autem vestrum cogitans, potest adiçere ad statuam suam cubitum vnum, & de vestimento quid soliciatis estis? & Lue. si ergo neque quod mi-

nimum est potestis , quid de coeteris solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescut, non laborant , neque nent : dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est . Sem ex Luc. vestiebatur sicut unum ex istis. Si autem foenum agri , quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur , Deus sic vestit quanto magis vos modicæ fidei ?

**IV.** Nolite ergo solliciti esse dicentes, quid manducabimus , aut quid bibemus, aut quo operiemur , & nolite in sublime tolli : Hæc enim omnia gentes Mundi inquirant . Scit enim Pater vester, quiā his omnibus indigetis . Veruntamen quæsite primum regnum Dei , & iustitiam eius ; & hæc omnia adiicientur vobis ; Nolite ergo solliciti esse in crastinum, crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse : sufficit diei malitia sua .

### N O T A E.

Duabus Dominis. Scilicet non subordinatis, atque adeo velle placere Deo, & hominibus , quando hac sibi aduersantur , est velle impossibilia .

Mammonæ . Syriaca hac vox diuiniarum accumulationem significat, ubi damnatur accumulatio ex avaricia facta , qua quia sepe ex iniusto lucro fit, ante ad finem prauum, ideo Christus Luca 16. vocat illam Mammonam iniquitatis .

Nec

Nec Salomon, ornatus enim eius artificialis, & ab exteriori ad sciticius erat, ac in Lilijs agri naturalis, & ab interiori.

---

## MEDIT. XXIX.

*Ex Matth. 7. à nu. 1. ad 6. Marc. 4.  
num 24. & 25. Luc. 6.  
nu. 37. ad 43.*

I. **N**olite iudicare, ut non iudicemini; *seu ex Luc.* & non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini, dimitte, & dimittemini: date, & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in finum vestrum: videte quid audiatis: eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetetur vobis, & adjicetur vobis.

II. Nunquid potest cœcus cœcum dare? nonne ambo in foueam cadunt? Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & traham in oculo tuo non vides? aut quomodo dicis fratri tuo, sine eijciam festucam de oculo tuo; & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita eijce primum traham de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.

III. Nolite sanctum dare canibus, neque

142 SECUNDA PARS  
que mittatis margaritas vestras ante por-  
cos, ne forte conculcent eas pedibus  
suis, & conuersi disruptant vos.

— — — N O T A .

Nolite Sanctum: nempe res Sanctas, &  
mysteria divina: seu, ut alij volunt. doctrinam  
caelestem, aut correctionem.

---

M E D I T . X X X .

Ex Matth. 7. à num. 13. ad 23.

I. Intrate per angustam portam: quia  
lata porta, & spatiofa via est, quæ  
ducit ad perditionem, & multi sunt qui  
inerant per eam. Quam angusta porta,  
& arcta via est quæ ducit ad vitam, &  
pauci sunt qui inueniunt eam?

II. Attendite à falsis prophetis, qui  
veniunt ad vos in vestimentis ouium,  
intrinsecus autem sunt lupi rapaces, à  
fructibus eorum cognoscetis eos. Nun-  
quid colligunt de spinis vuas, aut de tri-  
bulis fieus?

III. Sic omnis arbor bona bonos fru-  
ctus facit, mala autem arbor malos fru-  
ctus facit. Non potest arbor bona, ma-  
los fructus facere, neque arbor mala bo-  
nos fructus facere. Omnis arbor quæ  
non facit fructum bonum, excidetur, &  
in

in ignem mittetur. Igitur, ex fructibus eorum cognoscetis eos.

IV. Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauius, & in nomine tuo Daemonia eieciimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos; discedite a me qui operamini iniquitatem.

---

## MEDIT. XXXI.

Ex Matth. 7. à num. 24. ad 29.

I. **O**mnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Et descendit pluvia, & versus erunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat super petram.

II. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam supra arenam, & descendit pluvia, & versus erunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

Et

LII. Et factum est cum consummasset IESVS verba hæc, admirabantur turbæ super doctrinam eius, erat enim docens eos, sicut potestatem habens, & non sicut Scribae eorum, & Pharisæi.

---

### MEDIT. XXXII.

*Ex Matth. 8. nu. 1. ad 4. Marc. 1.  
num. 40. ad 45. Luc. 5.  
nu. 12. ad 16.*

I. **C**VM autem descendisset de monte, sequutæ sunt eum turbæ multæ, & factum est cum esset in vna Ciuitatum, ecce vir plenus lepra videns IESVM, & veniens procidens in faciem, genuflexo adorabat eum deprecans, & dicens: Domine, si vis, potes me mundare.

II. Iesus autem misertus eius extensus manum suam tetigit eum dicens: Volo, mundare: *Grac̄e est καθαρισμός, quod est imperativum;* & cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.

III. Et comminatus est ei, statimq; eiecit illum. & præcepit illi: Vide nemini dixeris, sed vade ostende te principi Sacerdotum, & offer pro mundatione tua munus, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis. At ille egressus coepit prædicare, & diffamare sermonem; ita

vt

vt non posset manifestè introire in ciuitatem. Perambulabat autem magis sermo de illo, & conueniebant turbæ multæ, vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis: ipse autem secedebat in desertum, & orabat.

*Hoc miraculum alia occasione refert S. Lucas.*

---

### MEDIT. XXXIII.

*Ex Matt. 8. nu. 5. ad 13. & Lnc. 7.  
à num. 1. ad 11.*

I. **C**VM autem impletet omnia verba sua in aures plebis intravit Capharnaum; Centurionis autem cuiusdam seruus malè habens erat moriturus: qui illi erat pretiosus, & cùm audisset de IESV, & hic introisset Capharnaum, misit ad eum seniores Iudeorum rogans eum, vt veniret, & saluaret seruum eius: At illi cum venissent ad IESVM, rogabant eum sollicitè dicentes, quia dignus est, vt hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis.

II. IESVS autem ibat cum illis, & cùm iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos dicens. Domine noli vexari: Non enim sum dignus,

G

sub

sub tectum meum intres. Propter quod,  
& meipsum non sum dignum arbitratus,  
ut venirem ad te. Sed dic verbo, & sanab-  
bitur puer meus: *Ita S. Lucas, & S. Mat-  
thaeus sic referit: Accessit ad eum Centurio  
rogans eum, & dicens, &c. Siue quia qui  
per alios aliquid facit, per seipsum facere vi-  
detur; siue ut ex rigore litera mihi probabi-  
liss visetur, prius misit Iudeos, & deinde  
amicos, & audiens Dominum persistere in  
accessu ad domum illam, tandem censuit per  
seipsum illi occurrere, nec permittere, ut in-  
gredereetur dominum, quin prius ipse obuiam illi  
fieret dicens.* Domine puer meus iacet in  
domo paralyticus, & male torquetur; &  
ait illi IESVS; ego veniam, & curabo  
eum: Et respondens Centurio ait (quod  
per amicos prius dixerat) Domine nou sum  
dignus, ut intres sub tectum meum; sed  
tantū dic verbō, & sanabitur puer meus.  
Nam, & ego homo sum sub potestate  
constitutus, habens sub me milites, &  
dico huic: vade, & vadit, & alij veni, &  
venit, & seruo meo fachoc, & facit.

III. Audiens autem IESVS miratus  
est, & conuersus sequentibus se turbis  
dixit: Amen dico vobis, nec in Israel  
tantam fidem inueni. Dico autem vo-  
bis, quod multi ab Oriente, & Occiden-  
te venient, & recumbent cum Abraham,  
Isaac, & Jacob in regno coelorum: Filii  
autem regni ejiciuntur in tenebras exte-  
siores: ibi erit flatus, & stridor dentium.

Et

IV. Et dicit IESVS Centurioni: Vadè, & sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer in illa hora: & reuersi qui missi fuerant domum inuenierunt seruum, qui danguerat sanum. Prius enim aut per aliam viam reuersi sunt, & deinde Centurio post gratias, ut par est credere, actas saluatoris.

## N O T A.

Nec in Israel, de populo aut principibus eius, nec enim hic includitur Mater Domini, aut S. Ioh. Baptista, quorum fides non minor, quam Centurionis fuit.

---

## MEDIT. XXXIV.

*Ex Matt. 8. à n. 14. ad 18. Marc. 1.  
à num. 29. ad 39. Luc. 4.  
num. 38. ad 44.*

I. **S.** Vrgens autem IESVS de Synagoga, ut Luc. seu ut Marc. Et protinus egredientes de Synagoga venerunt, in domum Simonis, & Andreæ cum Iacobō, & Ioanne: Socrus autem Simonis decumbebat febricitans, & tenebatur magnis febribus, & vidit Socrum eius iacentem, & febricitantem, & rogauero illum pro ea: & accedens eleuauit

## 148 SECUND A PARS

eam , apprehensa manu eius , & stans super illam imperauit febri , & continuò dimisit eam febris , & continuò surrexit , & ministrabat eis .

II. Vespere autem facto , cùm Sol occidisset , omnes qui habebant infirmos varijs languoribus , afferebant ad eum omnes male habentes , & multos dæmonia habentes , & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam , at ille singulis manus imponens , omnes male habentes , curabat , vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam dicentem , ipse infirmitates nostras accepit , & agrotantes portauit .

III. Et dæmonia multa ejiciebat , sens ejiciebat spiritus verbo ; & exhibant dæmonia à multis clamantia , & dicentia : Quia tu es Filius Dei , & increpans non sinebat ea loqui , quia sciebant ipsum esse Christum .

IV. Facta autem die diluculò valde surgens egressus abiit in desertum locum , ibique orabat , & prosequuti sunt eum Simon , & qui cum illo erant , & turbæ requirebant eum , & venerunt usque ad ipsum , & cum inuenissent eum Simon &c. dixerunt ei , quia omnes querunt te , & detinebant eum ne discederet ab eis , quibus ipse ait eamus in proximos vicos , & ciuitates , vt & ibi prædicem , quia alijs Ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei , quia ideo missus sum , & ad

ad hoc veni, & erat prædicens in Synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia ejiciens.

## N O T A.

*Non sinebat loqui, qui à sciebant; hoc est non sinebat eos afferere, se scire ipsum esse Christum: reuera enim id certe non sciebant, & testimonia ab illis respuebat.*

---

## M E D I T . X X X V .

*Ex Matt. 8. à n. 18. ad 22. Luca 9.  
num. 57. ad 62.*

I. **V**Idens autem IESVS turbas multas circum se, iussit ire transfretum: factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam Scriba ad illum: Magister, *seu ut Luc.* Domine sequar te quocunque ieris, & dixit illi IESVS, vulpes foueas habent, & volucres Cœli nidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet.

II. Ait autem ad alterum: sequere me, ille autem alias de Discipulis eius ait illi; Domine permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum: I E S V S autem ait illi: Sequere me, & sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu au-

## 350 SECUNDA PARS.

tem vade , annuntia Regnum Dei.

III. Et ait alter: sequar te Domine, sed permitte mihi , prium renuntiare his, qui domi sunt . Ait ad illum IESVS: nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò , aptus est regno Dei .

---

### MEDIT. XXXVI.

*Ex Luca s. num. 1. ad 11.*

I. **F**actum est autem cùm turbæ irruerent in eum , vt audirent verbum Dei , & ipse stabat secus stagnum Genezareth , & vidit duas naues stantes secus stagnum : pescatores autem descendebant , & lauabant retia . Ascendens autem in unam nauem quæ erat Simonis, regauit à terra reducere pusillum , & sedens docebat de nauicula turbas .

II. Ut cessauit autem loqui , dixit ad Simonem: Duc in altum , & laxate retia vestra in capturam . Et respondens Simon dixit. Præceptor per totam noctem laborantes nihil coepimus , in verbo autem tuo laxabo rete , & cum hoc fecissent , concluserunt piscium multitudinem copiosam , rumpabantur autem rete eorum .

III. Et annuerunt Socijs , qui erant in alia naui , vt venirent , & adiuuarent eos . Et venerunt , & impleuerunt ambas na-

wicu-

ūiculas, ita ut penè mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua IESV dicens: exi à me, quia homo peccator sum Domine: stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium, quam cæperant; similiter autem Iacobum, & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis.

IV. Et ait ad Simonem IESVS: noli timere: ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

## M E D I T. XXXVII,

Ex Matth. 8.n.23. ad 28. Marc. 4.

num. 35. ad 40. Luca 8.

nū. 22. ad 26.

I. F Actum est autem in vna dierum, cum serò esset factum, & ipse ascendit in nauiculam, & ascendeante eo in nauiculam, secuti sunt eum Discipuli eius, & ait ad illos; transeamus contra, *ut Marc.* *sem* transfretemus trans stagnum, & ascenderunt; *ut Lucas.* & dimicantes turbam assument eum, ità ut erat in naui, & aliæ naves erant cum illo; & nauigatis illis obdormiuit, *sem ut Marc.* & erat ipse in puppi super cœrical dormieas.

II. Et ecce motus magnus factus est in mari, & descendit procella magna venti in stagnum, & fluctus mittebat in nauem, ita ut nauicula operiretur fluctibus, & impleretur, & periclitabantur: ipse vero dormiebat, & accesserunt ad eum Discipuli eius, & suscitauerunt eum dicentes, ut *Luc.* Praeceptor perimus: *Marc.* Magister non ad te pertinet, quia perimus? *Matth.* Domine salua nos perimus, & dicit eis, quid timidi estis modicæ fidei? tunc exurgens comminatus est, & imperauit ventis, & mari: *Matth.* seu increpauit ventum, & tempestatem aquæ. *Luc.* seu comminatus est vento, & dixit mari: Tace obmutesce, & cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna.

III. Et ait ad illos, *nempe iterum*: Quid timidi estis? ubi est fides vestra? nec dum habetis fidem? & timuerunt timore magno, & mirati sunt ad invicem dicentes, Qualis est hic, seu qui putas est iste, quia & ventis, & mari imperat, & ventus, & mare obediunt ei?

### N O T A.

Suscitauerunt eum dicentes: fieri potuit, ut alij ex discipulis alia forma loquendis vocerentur, alij alia, aut ipsis diversis, & iesu passis urgerentur.

M E.

## MEDIT. XXXVIII.

*Ex Matt. 8. nu. 28. ad 34. Marc. 5.  
num. 1. ad 20. Luca 8.  
num. 26. ad 39.*

I. **E**T nauigauerunt transfretum, & venerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam, & cum egressus esset ad terram, occurserunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sævi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam, & ecce clamarerunt dicentes. Quid nobis, & tibi IESU fili Dei? venisti hic ante tempus torquere nos: ita Matth. sed quia unus eorum erat insignior, ideo unius meminere Marcus, & Lucas sic. Statim occurrit ei de monumentis vir quidam in spiritu immundo, qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non inducitur, neque in domo manebat, qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quisquam poterat eum ligare: Quoniam sæpe catenis, & compedibus vincitus, dirupisset catenas, & compedes comminuissit, & nemo poterat eum domare, & semper die, ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans, & concidens se lapidibus.

G 5

Is

## 154 SECVND'A PARS

II. Is vt vidiT IESVM à longè cucur-  
rit , & procidit ante illum , & adorauit  
eum , & exclamans voce magna dixit :  
Quid mihi , & tibi est IE·V Fili Dei Al-  
tiſſimi, obſecro te , & adiuro te per Deum  
ne me torqueas : präcipiebat enim ſpiri-  
tui immundo , vt exiret ab homine , & di-  
cebat : Exi Spiritus immunde ab homine .  
Interrogauit autem illum IESVS dicens :  
Quod tibi nomen eſt ? At ille dixit : Le-  
gio mihi nomen eſt : quiā multi ſumus,  
quiā intrauerant dæmonia multa in eum .

III. Et deprecabantur , ſeu , & roga-  
bant illum , ne ſe expelleret extra regio-  
nem , & ne imperaret illis , vt in abyſſum  
irent . Erat autem ibi circa montem grex  
magnus porcorum multorum paſcedo-  
tium in monte , & deprecabantur eum  
ſpiritus dicentes : mitte nos in porcos ,  
vt in eos introeamus . Et concesſit eis  
ſtatim IESVS : exierunt ergo dæmonia  
ab homine , & exeuntes ſpiritus immuni-  
di intrauerunt in porcos , & magno im-  
petu grex präcipitatus eſt in mare ad  
duo millia , & ſuffocati ſunt in mari .

IV. Quod vt viderunt factum qui pa-  
ſcebant , fugerunt , & nunciauerunt in  
Ciuitatem , & in villas , & egredi ſunt vi-  
dere quod factum eſt , & veneerunt ad IE-  
SVM , & inuenierunt hominem ſedentem ,  
a quo dæmonia exierant uestitum , ac ſan-  
gentis ad pedes eius , & timuerunt , &  
trauerunt illis , qui viderant , qualiter  
fa-

factum esset ei, qui dæmonium habuerat, quomodo sanatus fuerat a legione, & de porcis, & rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab ipsis; & de finibus eorum, quia magno timore tenebantur: ipse autem ascendens nauem reuersus est.

V. Cumque ascenderet nauim, rogabat eum vir, qui a dæmonio vexatus fuerat, ut esset cum illo. & non admisit eum: dimisit autem eum IESVS dicens, redi in domum tuam ad tuos, & narra illis quanta tibi fecerit Dominus Deus & misericordus sit tui. Et abiit per vniuersam Civitatem, & coepit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset IESVS, & omnes mirabantur.

## N O T A.

Legio, apud Romanos fuit olim sub Romulo 3000. militum, postea 6666. & tandem 32250. vide Lipsium lib. 2. de Militia Romana Dial. 5. Geraseni autem magno timore tenebantur, ne alios demoniacos ita liberaret, ut permitteret Demones introire in alia ipsorum animalia, iumenta, &c. Sed hoc permisit IESVS, ut constaret nihil posse contra nos demones, sine Deo permisso, & quam vilem in statum delapsi essent, appetendo immundorum animalium habitaculum, &c.

## MEDIT. XXXIX.

*Ex Matth. 9. nro. 1. ad 8. Marc. 2.  
num. 1. ad 12. Luce 5.  
num. 17. ad 26.*


I. **E**t ascendens in nauiculam transfretauit, & iterum intrauit Capernaum post dies, & venit in Ciuitatem suam, *idest in qua frequenter habebat*, & auditum est quod in domo esset, & conuenerunt multi, ita ut non caperent neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum, & ipse sedebat docens, & erant Pharisei sedentes, & legis Doctores, qui venerant ex omni castello Galilæe, & Iudeæ, & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos; & ecce viri quatuor venerunt ad eum, portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & querabant cum inferre, & ponere ante eum, & non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & nudauerunt tectum ubi erat, & patefacientes, summiserunt grabatum, in quo paralyticus iacebat, & per tegulas summiserunt cum cum lecto in medium ante IESVM.

II. Cùm autem vidisset IESVS fidem illorum, ait paralytico: Confide fili remit-

mittuntur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de Scribis, & Pharisæis sedentes, & cogitantes in cordibus suis dixerunt intra se, quid hic sic loquitur? hic blasphemat, quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?

III. Quo statim cognito IESVS Spiritu suo, quia sic cogitauerant intra se, respondens dixit ad illos, ut quid cogitat malæ ista in cordibus vestris? Quid est facilius dicere paralytico; dimittuntur tibi peccata tua; an dicere surge, tolle grabatum tuum, & ambula?

IV. Ut autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (tunc ait paralytico:) Tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam, & statim surrexit ille, & sublato grabato, in quo iacebat, abiit coram illis, & omnibus in domum suam, magnificans Deum, ita ut mirarentur omnes, & stupor apprehendit omnes, & magnificabant, seu honorificabant Deum, seu glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus, & repleti sunt timore dicentes. Quia vidi mus mirabilia hodie; seu, quia nunquam sic vidimus.



## M E D I T. X L.

*Ex Matt. 9. nū. 9. ad 13 & Marc.  
2. num. 13. ad 17. Luc. 5.  
num. 27. ad 32.*

I. **E**t egressus est rursus ad mare, omnisq; turba veniebat ad eum, & docebat eos, & cum transisset inde IESVS, cum præteriret vidit hominem publicanum, Matthæum nomine, ut Mattb. seu Leui Alphæi, ut Marc. seu, cui nomen Leui, ut Luc. sedentem in telonio, seu ad telonium, & ait illi sequere me: & reliquit omnibus, surgens secutus est eum, & fecit ei conuiuum magnum Leui in domo sua, & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant discubentes, & multi peccatores venientes discubebant cum IESV, & Discipulis eius; erant autem multi, qui & sequerantur eum. *Matthaus modestè sacer conuiuum à se factum, quod narrat Lucas.*

II. Et Scribæ, & Pharisei eorum vindentes, qui à manducaret, cum publicanis, & peccatoribus, murmurabant dicentes ad Discipulos eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis; & biberis, ut Luca, seu, ut Mattb. & Marc. manducat, & bibit Magister vester; diuersi enim

*enim scriba, diuersimode locuti sunt.* At IESVS audiens, & respondens dixit ad illos; non est opus valentibus, *sed sanis medicus, sed malè habentibus.*

III. Buntes autem discite quid est: misericordiam volo, & non sacrificium: non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam.

## N O T A.

Publicanum, qui in Telonio, *sicut loco ubi Gabella, seu noctigalia soluebantur sedebat exigens solutiones,* & ideo odio officio sanguis. Misericordiam volo, & non Sacrificium; verba sunt producta ex Osea cap. 6.

## M E D I T. X L I.

*Ex Matth. 9. n. 14. ad 17. Marc. 2. num. 18. ad 22. Luc. 5. num. 33. ad 59.*

I. **T**unc accederunt ad eum Discipuli Ioannis (& erant discipuli Ioannis, & Pharisæi ieunantes) & dicunt illis quare discipuli Ioannis, & Pharisæorum ieunant frequenter, & obsecrations faciunt, Discipuli autem tui non ieuhant, sed edunt, & bibunt? Et ait illis IESVS: Nunquid possunt filii sponsi, *sed nup-*

Duptriarum ieiunare , & lugere quamdiu  
cum illis est sponsus ? quanto tempore  
habent secum sponsum , non possunt ie-  
junare , *sed ut Lucas*. Nunquid potestis  
filios sponsi dum cum eis est sponsus , fa-  
cere ieiunare ?

II. Vedient autem dies cum auferen-  
tur ab illis sponsus , et tunc ieiunabunt in  
illis diebus .

III. Dicebat autem , et similitudinem  
ad illos : Quià nemo immittit , *sed* assuit  
commissuram , *sed* affumentum panni ru-  
dis , *sed* vestimenti noui in vestimentum  
vetus , alioquin et nouum rumpit , et ve-  
teri non conuenit commissura à nouo , et  
maior scissura fit .

IV. Et nemo mittit vinum nouum in  
vtres veteres ; alioquin dirumpit vinum  
nouum vtres , et vinum effunditur , et vtres  
pereunt : sed vinum nouum in vtres no-  
uos mitti debet , et vtraque conseruan-  
tur ; et nemo bibens vetus statim vult  
nouum , dicit enim vetus melius est .

### N O T A.

Per vestimentum nouum , & vtres ne-  
uos : significantur Discipuli Christi novo spu-  
ritu induendi , ut non solum ieiunare , sed multa  
et alia pati possent , cum interim nondum es-  
sent capaces vita iam aufera , & sublimioris  
virtutis .

M E.

MEDIT. XLII.

*Ex Matt. 9. nū. 18. ad 22. Marc. 5.  
num. 22. ad 34. Luca 8.  
num. 41. ad 48.*

I. **H**æc illo loquente ad illos, ecce princeps unus de Archisynagogis, seu Princeps Synagogæ nomine Iairus, accessit, & procidit ad pedes IESV, & adorabat eum, & deprecabatur eum multum, ut intraret Domum, quia unica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur, & dicens: Domine, filia mea in extremis est, ut Marcus, seu ut habet Marsh. modò defuncta est. quia paulò post nuncincta est eius mors; sed veni impone manum tuam super eam, & viuet: Et surgens abiit cum illo, & sequebatur eum turba multa, & discipuli eius, & contigit dum iret, à turbis comprimebatur.

II. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur ab annis duodecim, /en quæ erat in profluvio sanguinis annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, & fuerat multa perpesta à pluribus medicis, nec ab illo potuit curari, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat; Cùm audisset de IESV, venit in turba, & accessit

fit retro , & tetigit fimbriam vestimenti eius . Dicebat enim intra se : Si tetigero tantum vellumentum eius , salua ero : et cōfertim siccatus est fons sanguinis eius , et stetit fluxus sanguinis , et sensit corpore , quia sanata est à plaga .

III. Et statim IESVS in semetipso cognoscens virtutem , quæ exierat de illo : Conuersus ad turbam dicebat , quis tetigit vestimenta mea ? sed quis est qui me tetigit ? Negantibus autem omnibus dixit Petrus , et Discipuli qui cum illo erāt Præceptor turbæ te comprimunt , et affligunt , et dicitis quis me tetigit ? Et dixit IESVS : Tetigit me aliquis ; nam ego novi virtutem de me exisse , et circuas pīciebat videre eam , quæ hoc fecerat .

IV. Videns autem mulier , quia non latuit , sciens quod factum esset in se , timens , et tremens venit , et procidit ante pedes eius , et dixit ei omnem veritatem , et ob quam causam tetigerit eum , indicavit coram omni populo , et quemadmodum confessim sanata sit : at IESVS dixit ei : confide filia : fides tua te saluam fecit ; vade in pace , et esto sana à plaga tua : et salua facta est mulier ex illa hora .

### N O T A.

**Esto sana :** Licet enim sanata iam esset à fluxu sanguinis , intigebat tamen , & in hoc confirmari stabiliter , & praterea sanari à pla .

plaga, quam fluxus mordax efficerat: idēque  
dixit.

Esto sana à plaga tua. De statua ab hac  
muliere erecta Cesarea, & virtute eius, & do  
substitionis sua à Juliano Apostata, ac fulmi-  
nata; Vide Eusebium Cesariensem l. 7. Hisp.  
Eccl. c. 14. & Sozomenum l. 5. c. 21.

---

## MEDIT. XLIII.

Ex Matth. 9. n. 23. ad 27. Marc. 5.

num. 35. ad 43. Lucae 8.

num. 49. ad 56.

I. **A**dhuc illo loquente, venit quia  
dam ad Principem Synagogæ di-  
cens ei, quia mortua est filia tua, noli ve-  
xare magistrum, seu: Quid vexas ultra  
Magistrum? IESVS autem auditio hoc  
verbo quod dicebatur, respondit Archisynagogo patri puellæ: tantummodo  
crede, et salua erit. Et cum venissent do-  
mum, non admisit quenquam se sequi  
nisi Petrum, et Iacobum, et Ioannem, et  
patrem, et matrem puellæ.

II. Flebant autem omnes, et plange-  
bant illam; et cum venisset IESVS in do-  
mum Archisynagogi, et vidisset tribici-  
des, et turbam tumultuantem flentes, et  
ciulantes multum: ait illis: Quid turba-  
mini, et ploratis? Recedite; non est enim  
mor-

*morta puella, sed dormit, et deridebant eum, scientes quod mortua esset.*

III. Et cum eiecta esset turba intravit, et assumit patrem, et matrem puellæ, et qui secum erant, et ingrediuntur ubi puella erat iacens: Et tenens manum puellæ clamauit dicens illi, Talitacumi (quod est interpretatum puella) tibi dico surge, et confessim reuersus est spiritus eius, et continuo surrexit puella, et ambulabat; Erat autem annorum duodecim, et iussit illi dare manducare, et obstupuerunt parentes eius stupore magno, quibus præcepit vehementer, ne alicui dicerent quod factum fuerat, ut nemo id sciret. Et exiit fama hæc in universam terram illam.

### N O T A.

*Tibicines more antiquorum, qui maestro soni tibiarum honori funeris præcinebant, sicut, & præfica, seu mulieres lamentatrices ad id conduci consueverant.*

*Dormit: quia mox velut à somno, excisa erat ad vitam.*

*Præcepit vehementer, ne alicui diceant. Non repugnat voluisse verè Christum ex affectu modestia, & humilitatis occultari miraculum, præscientia euensis concravij, cumq; palam esset puellam reuixisse, non posserant parentes, eius serio id dissimulare, & interpretari sensu præceptum illud conditionare fa-*

sacrum, quantum scilicet possibilis esset moraliter illa occultatio; ac praualere manifestationem ad gloriam Dei, vide locum egregium in S. Gregorio l. 19. Moral. c. 14.

---

## MEDIT. XLIV.

Ex Matth. 9. num. 27. ad 38.

I. ET transeunte inde IESV, secuti sunt eum duo cæci clamantes, et dicentes: Miserere nostri filii Dauid. Cum autem venisset domum accesserunt ad eum cæci, et dicit eis IESVS: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dieunt eis; Utique Domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens, secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est illis IESVS dicens. Videte ne quis sciatur. Illi autem executes diffamauerunt eum in tota terra illa.

II. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem, et ejecto dæmonio locutus est mutus, et miratae sunt turbæ dicentes: nunquam apparuit sic in Israel. Pharisei autem dicebant: in principe dæmoniorum exiit dæmones.

III. Et circuibat IESVS omnes ciuitates, et castella docens in Synagogis eorum, et prædicans Euangelium regni, et curans omnem languorem, et omnem in-

## 166 SECUNDA PARS

infirmitatem. Videns autem turbas, mis-  
serus est eis, quia erant vexati, & iacen-  
tes sicut oves non habentes pastorem.  
Tunc dicit Discipulis suis. Messis quidem  
multa, operarij autem pauci. Rogate  
ergo Dominum messis, ut mittat opera-  
rios in messem suam.

---

## M E D I T . X L V .

*Ex Matt. 10. nu. 1. ad 10. Marc. 3.  
num. 13. ad 19. Luca 6.  
nu. 12. ad 16.*

I. Factum est autem in illis diebus exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei, & cum dies factus esset, vocauit discipulos suos ad se quos voluit, & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominavit) ut mitteret eos prædicare, & venerunt ad ipsum; & dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, & cura-  
gent omnem languorem, & omnem in-  
firmitatem.

II. Et imposuit Simoni nomen Pe-  
trus: Duodecim autem Apostolorum  
nomina sunt hæc: Primus Simon quem  
cognominavit Petrum, & Andreas frater  
eius, Iacobus Zebedæi, & Ioannes fra-  
ter Iacobi, & imposuit eis nomina Boa-  
mer-

merges, quod est filij tonitri; Philippus, & Bartholomæus; Matthæus, & Thomas, seu ut ipse Mattheus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Tadæus. { Qui & Iudas Iacobi } Simon Chana-næus, qui vocatur Zelotes, & Iudas Iscariotes, qui fuit proditor, & tradidit illum. Matthæus se publicanum, & secundo loco post Thomam pre humilitate nominatus, cum Marcus, & Lucas in eo binario priorem ponant, absque cognomenio publicani, & Marcus Andream quartio loco nominat, alijs secundo; in reliqui cœnunt.

III. Hos duodecim misit IESVS præcipiens eis, dicens. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Israel. Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquauit regnum cœlorum! Infirmos curate, mortuos suscitare, leprosos mundare, dæmones ejicite.

IV. Gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo.

### N O T A.

In ciuitates Samaritanorum: Licet enim ipse iam quibusdam Samaritanis innoeuisset,



## 468 SECUNDA PARS

*& quosdam conuerteret, molebat tamen nouos discipulos exponi calumniis Iudeorum, qui Saracenos, ut Hæreticos, aut Schismaticos auerterebantur.*

*Neque duas tunicas: videlices si una sufficiat, non enim necessaria vestes, sed superflua rescat.*

*Neque calceamenta; id est undique regencia; nam sandalia permisit illis, ut habentur Marci 6. sed calceatos Sandalijs.*

---

## MEDIT. XLVI.

*Ex Matth. 10. num. 11. ad 20. Littera 12. num. 11. & 12.*

I. IN quamcunque autem Ciuitatem, aut Castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete, donec exeatis. Intrantes autem in domum salutate eam dicentes: Pax huic domui, & si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam; si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.

II. Et quicunque non receperit vos; neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel ciuitati, excutite puluerem de pedibus vestris: Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodorum, & Gomorrhæorum in die Iudicij, quam illi ciuitati.

Ee-

III. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae: cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in Concilijs, & in Synagogis suis flagellabant vos, & ad Praefides, & Reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus.

IV. Cum autem tradent vos in Synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, & quid respondeatis. Non enim vos estis qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.

---

### MEDIT. XLVII.

*Ex Matth. 10. num. 21. ad 27.*

*Marc. 4. num. 22.*

I. **T**radet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes, & morte eos afficiant, & eritis odio omnibus propter nomen meum, qui autem perseverauerit usque in finem, hic saluus erit.

II. Cum autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen dico

H

vo-

170 SECUNDA PARS

vobis non consummabitis ciuitates Israel,  
donec veniat Filius hominis. Non est  
discipulus supra Magistrum, nec seruus  
super dominum suum: sufficit discipulo,  
ut sit sicut magister eius, & seruo sicut  
dominus eius. Si patrem familias Beel-  
zebub vocauerunt, quanto magis dome-  
sticos eius?

III. Ne ergo timueritis eos: Nihil  
enim est opertum, quod non reuelabi-  
tur, & occultum, quod non scietur: Quod  
dico vobis in tenebris dicite in lumine:  
& quod in aure auditis prædicate super  
tecta.

N O T A.

Non consummabitis ciuitates Israel,  
donec veniat Filius hominis. Quando  
enim predicatorum fuerit Euangelium in uni-  
verso orbe, finis erit Mundi, & secundus ad-  
uentus Christi, Ciuitates autem Israel, idest  
videntis Deum, sunt omnes illa, quibus per  
fidem datur venire ad noticiam Dei Salua-  
toris.

Super tecta: idest de loco sublimi unde  
palam audiri, & conspici possitis, sicut Iudei  
super tecta morari, & spatiari solebant.

Digitized by Google

M E.

MEDIT. XLVIII.

*Ex Matth. 10. num. 28. ad 33.*

*Luc. 12. 4. 8.*

I. **D**ico autem vobis amicis meis nolite timere eos, seu ne terreamini ab his, qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest, & animam, & corpus perdere in gehennam.

II. Nonne duo passeres affe veneunt, & quinque passeres veneunt dipondio, & unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro: Vestri autem capilli capitibus omnes numerati sunt: nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos.

III. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor, & ego eum coram patre meo, & Angelis Dei, qui in cœlis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo, & ego cum coram Patre meo, qui in cœlis est.

N · O · T · A ·

Dipondio, id est duobus assibus, nec secessio, qui aequivalebat duobus assibus cum servisse, seu quarta parti Iulij Romani nostratis.

H 2

M E ·

## MEDIT. XLIX.

Ex Matth. 10. num. 34. ad 42.

I. **N**olite arbitrari, quia pacem venirem mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius.

II. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus; & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus. Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.

III. Qui inuenit animam suam perdet eam, & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

IV. Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui misit me. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet; & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Et quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantam in nomine discipuli: Amen dico vobis non perdet mercudem suam.

M E.

*MEDIT. L.*

*Ex Luca 6. nu. 17. ad 20. & nu. 24.  
25. 26. & num. 45.*

I. **E**t descendens cum illis stetit in loco campestri, & turba Discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudea, & Ierusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant, ut audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur, & omnis turba quererebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in Discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei, &c. Sed multa ex his quae repetita a Domino in loco campi stri, & ideo narrata hic a S. Luca, iam dixerat Discipulis suis in monte, ut narrat S. Matthaus a capite 7. & nos inde a Meditacione XIX. ad XXX. Idecirco ea nos hic minime repetimus, exceptis aliquibus, quae hic Lucas suppeditat, & pratermissit Matthaus, & sunt infra scripta.

II. Veruntamen vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram: vobis, qui saturati estis, quia esurietis: vobis qui ridetis, quia lugebitis, & flebitis: vobis cum benedixerint vobis om-

174 SECUNDA PARS  
nes homines : secundum hæc enim facie-  
bant pseudoprophetis patres eorum .

III. Bonus homo de bono thesauro  
cordis sui profert bonum , & malus ho-  
mo de malo thesauro profert malum : ex  
abundantia enim cordis os loquitur .

---

MEDIT. LI.

Ex Matth. 11. num. 1. ad 3. &  
Luc. 7. nu. 11. ad 21.

I. EIT factum est cum consummasset  
IESVS præcipiens duodecim Di-  
scipulis suis, transiit inde , vt doceret , &  
prædicaret in ciuitatibus eorum , & de-  
inceps ibat in ciuitatem , quæ vocatur  
Naim, & ibant cum eo Discipuli eius , &  
turba copiosa . Cum autem appropin-  
quaret portæ ciuitatis, ecce defunctus  
efferebatur , filius unicus matris suæ , &  
hæc vidua erat , & turba ciuitatis multa  
cum illa: Quam cum vidisset Dominus,  
misericordia motus super eam dixit illi :  
noli flere .

II. Et accessit , & tetigit loculum (hi  
autem qui portabant steterunt ) & ait :  
Adolescens tibi dico, surge, & resedit qui  
erat mortuus, & coepit loqui , & dedit il-  
lum matri suæ .

III. Accepit autem omnes timor , &  
ma-

magnificabant Deum dicentes : Quia Propheta magnus surrexit in nobis ; & quia Deus visitauit plebem suam, et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, et in omnem circa regionem , et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his . Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi , vocauit duos de Discipulis suis , et misit ad IESVM dicens . Tu es qui venturus es , an alium expectamus ? Non quod de hoc dubitares ipse , sed ut dubia Discipulorum suorum ex Christi responsucessarent .

## N. O T. A.

Naim : urbs sita in latere Septentrionali Montis Hermon minoris, distans à Nazareth sex circiter milliaribus .

---

## M E D I T. LII.

*Ex Matth. II. nu. 3. ad 19. Luc. 7.  
num. 22. ad 34.*

I. **C**Vm autem venissent ad eum viri, dixerunt : Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens : Tu es qui venturus es, an alium expectamus ? In ipsa autem hora multos curauit à languoribus , et plagiis , et spiritibus malis , et cæcis multis

donauit visum : Et respondens IESVS ait illis ; Euntes renunciate Ioanni, quæ audiistis, & vidistis : Qui à cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur, & beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me.

II. Et cum discessissent nuncij Ioannis, illis abeuntibus, cœpit IESVS dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videre ? arundinem vento agitatem ? sed quid existis videre ? hominem mollibus vestimentis induatum ? Ecce qui mollibus vestiuntur, & in veste pretiosa sunt, & delicijs, in domibus regum sunt.

III. Sed quid existis videre ? Prophetam ? Vtique dico vobis, & plusquam Prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est : Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, & qui preparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista, qui autem minor est in regno Dei, seu cœlorum maior est illo.

IV. A diebus autem Ioannis Baptiste usque nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud ; Omnes enim Prophetæ, & lex usq; ad Ioannem prophetauerunt, & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est : Qui habet aures audiendi audiat ; Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum

bap-

baptizati baptismo Ioannis. Pharisei autem, & Legisperiti consilium Dei spreuerunt in se metipos, non baptizati ab eo.

V. Ait autem Dominus. Cui similes aestimabo, & dicam homines generationis huius? & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, qui clamantes coequalibus dicunt: Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis; lamentauimus, & non planxistis, *sed* plorastis. Venit enim Ioannes Baptista, neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis, *sed* dicunt: Daemonium habet. Venit Filius hominis manducans, & bibens, & dicitis, *sed* dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum ambitus. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.

### N O T A E.

Scandalizatus in me: *id est* scandalum passus ex paupertate, & humilitate mea, vel postea, ex Passione, & morte mea.

Arundinem vento agitatam? ne scilicet interrogazione discipulorum Ioannis, periret populus Ioannem inconstarem, esse valuit arundinem, & citubares postea in fide eius, quem ioties predicanerat Agnum, & Filium Dei.

Inter natos: loquens de masculis, nec enim comparans cum Matre sua.

**Qui autem minor est: Christus enim,**  
**& minor tempore, quoad humanitatem erat,**  
**& post Iohannem cœperat innoscere, & quid**  
**non proficebatur vitam ad eum austeraum, sed**  
**communem, apud multos minoris sanctitatis**  
**estimabatur.**

---

**MEDIT. LIII.****Ex Matth. XI. num. 20. ad 39.**

I. **V**nc cœpit reprobrare ciuitati-  
 bus, in quibus factæ sunt plurimæ  
 virtutes eius, quia non egissent poeniten-  
 tiæ. **V**æ tibi, Corozain, **v**æ tibi Bethsai-  
 da, quia si in Tyro, & Sydone factæ essent  
 virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in  
 cilicio, & cinere poenitentiam egissent:  
**V**eruntamen dico vobis, Tyro, & Sidoni  
 remissius erit in die iudicij, quam vobis.

II. **E**t tu Capharnaum, nunquid usque  
 in celum exaltaberis? usque ad infernum  
 descendes, quia si in Sodomis factæ fuis-  
 sent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè  
 mansisserint usque in hanc diem. Veru-  
 tamen dico vobis, quia terræ Sodomo-  
 sum remissius erit in die iudicij, quam  
 tibi.

III. **I**n illo tempore respondens IE-  
 SVS dixit: Confiteor tibi Pater, Domine  
 cœli, & terre, quia abscondisti haec à sa-  
 pientibus, & prudentibus, & revelasti ea

paruulis. Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo nouit Filium nisi Pater; neque Patrem quis nouit nisi Filius, et cui voluerit Filius reuelare.

IV. Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos: Tollite iugum meum super vos, et discite à me quia mitis sum, et humilis corde, et inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, et onus meum leue.

## MEDIT. LIV.

Ex Ioannis 5. num. 1. ad 10.

**P**ost hæc erat dies festus Iudeorum, et ascendit IESVS Ierosolymam. Est autem Ierosolymis Probatice piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaidà, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, leporum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descondebat secundum tempus in Piscinam, et movebatur aqua. Et qui prior descendisset in Piscinam post mutationem aquæ, sapus siebat à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta, et octo annos habens in infirmitate sua. Huc aben-

vidisset IESVS iacentem, et cognouisset, quia iam multum tempus haberet, dicit ei: vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit.

II. Dicit ei IESVS; surge tolle grabatum tuum, et ambula, et statim sanus factus est homo ille, et sustulit grabatum suum, et ambulabat. Erat autem Sabbathum in die illo: dicebant ergo Iudei illi qui sanatus fuerat: Sabbathum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondebat eis, qui me sanum fecit, ille mihi dixit: tolle grabatum tuum, et ambula.

III. Intelliguerunt ergo eum si quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, et ambula. Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset: IESVS enim declinauit a turba constituta in loco.

IV. Postea inuenit eum IESVS in templo, et dicit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, et nunciavit Iudeis, quia IESVS est qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur Iudei IESVM, qui hæc faciebat in Sabbatho.

**Nost Our TrE**

*Dies festus Iudeorum anonomastice dicitur,*

**I**hesus erat Pascha, & hoc est secundum Pascha, cui post sui Baptismum inseruit Christus anno etatis sua 31. incidet in feriam 3. quare Sabbathum incidit in quintam diem Azymorum.

Probatica piscina, id est pecunaria, in qua abluebantur oves Deo immolanda, ut à scabie mundarentur, oves autem Gracè πρόβατα dicuntur. & Bethsaida. Hebrewcè significat piscinam ouium.

Angelus autem, sive S. Raphael qui morbis sanandis praest, sive alius; inuisibiliter plerumque, & ex turbatione, atque commozione aqua innotescens.

Secundum tempus: sive semel in anno in diebus festis Paschatis, aut Pentecostes, ut patet Tertullianus, & Cyrillus; sive potius plusquam semel in anno, ut aliqui cum Euthymio.

### M E D I T. L V.

*Ex Ioannis 5. num, 17. ad 24.*

I. **I**ESVS autem respondit eis: Pater meus usquemodo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis querebant eum Iudei interficere, quia non solùm soluebat Sabbathum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque IESVS, & dicit eis; Amen amen dico vobis; non potest

F

132 SECUNDA PARS

Filius à se facere quidquam , nisi quod viderit Patrem facientem ; quæcunque enim ille fecerit , hæc & Filius similiter facit .

II. Pater diligit Filium , & omnia demonstrat eis quæ ipse facit ; & maiora his demonstrabit ei opera , ut vos miremini . Sicut enim Pater suscitat mortuos , & vivificat , sic & Filius quos vult vivificat .

III. Neque enim Pater iudicat quemquam ; sed omne iudicium dedit Filio , ut omnes honorificant Filium , sicut honorificant Patrem . Qui non honorificant Filium , non honorificant Patrem qui misit illum .

IV. Amen amen dico vobis , quia quæ verbum meum audit , & credit ei , qui misit me habet vitam æternam , & in iudicium non venit : sed transiit à morte in vitam .

---

M E D I T . LVI.

Ex. Ioannis 5. anno. 25. ad 33..

---

I. **A**men amen dico vobis , quia venit hora , & nunc est , quando morbi audient vocem Filij Dei , & qui audiierint vivent . Sicut enim Pater habet vitam in semetipso : sic dedit , & Filio habere vitam in semetipso , & potestatem de-

dedit ei iudicium facere , quia Filius hominis est .

II. Nolite mirari hoc , quia venit hora , in qua omnes , qui in monumentis sunt , audient vocem Filij Dei , & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ ; qui vero mala egerunt in resurrectionem Iudicij .

III. Non possum a me facere quidquam , sicut audio iudico : & iudicium meum justum est , quia non quero voluntatem meam , sed voluntatem eius , qui misit me .

IV. Si ego testimonium perhibeo de me ipso , testimonium meum non est verum . Alius est qui testimonium perhibet de me , & scio quia verum est testimonium quod perhibet de me .

## N O T A E

Et nunc est : siue quia intermissionem usque ad resurrectionem uniuersalem est volus instantis temporis iuxta illud 2. Petri 3. apud Dominum mille anni , sicut unus dies , siue quia aliquos iam suscitaverat à mortuis Lazarum atque alios in sua resurrectione suscitatus erat . tanquam primis resurgentium , siue mystice loquens de Gentilibus . Pro peccatoribus , qui audiendo vocem Filij Dei , indecedendo eis verbis , ab sequendo proceperis , vinen-

Testimonium meum non est verum .  
Sci .

Scilicet sollicariè sumptum, & secundum esti-  
mationem communem hominum non creden-  
tium testi singulari de seipso testificantes: tale  
enim testimonium in foro externo non conse-  
tur legitimum, & iuridicum.

---

## MEDIT. LVII.

*Ex Ioannis 5. num. 33. ad 40.*

I. **V**os misistis ad Ioannem: & testi-  
monium perhibuit veritati: Ego  
autem non ab homine testimonium ac-  
cipio, sed hæc dico, ut salvi sitis. Ille erat  
læterna ardens, & lucens. Vos autem  
voluistis ad horam exultare in luce eius.  
Ego autem habeo testimonium, maius  
Ioanne.

II. Opera enim, quæ dedit mihi Pa-  
ter ut perficiam, ea ipsa opera, quæ ego  
facio, testimonium perhibent de me,  
quia Pater misit me, & qui misit me Pa-  
ter, ipse testimonium perhibuit de me,  
neque vocem eius unquam audistis, ne-  
que speciem eius vidistis, & verbum eius  
non habetis in vobis manens, quia quæ  
misit ille, huic vos non creditis.

III. Seruatamini Scripturas, quia vos  
poteritis in ipsis vitam æternam habere,  
Si ille sunt, quæ testimonium perhibent  
de me, & non vultis venire ad me, ut vi-  
tam habeatis.

NO-

## N O T Æ.

*Ad horam exultare gauisi scilicet de tam sancto viro, quem Meſſiam putabatis, ſed ubi ipſe non ſe, ſed me eſſe Meſſiam reſtaurus eſt. & uerba ſcelera increpanuit, & me humilem, ac pauperem ſpreniſtis, & eius baptiſtum, quod notat S. Lucas cap. 7. dicens: Pharifzi autem, et Legiſperiti, conſilium Dei ſpreuerunt in ſemetiſpīſis, non baptizati ab eo.*

*Neque vocem, neque ſpeciem, etc. quaſi diceret loquor de Paſtre meo non viſibili, qualis fuit Iofeph, quem vos putaris fuiffe patrem meum, ſed de Paſtre inuiſibili, ac caeleſti, quem licet non audieritis, nec uideritis immediate, ex ſcripturis tamen, & ex miraculis deberetis cognoscere me eſſe eius Fiſium.*

## MEDIT. LVIII.

*Ex Ioannis 5. num. 41. ad 47.  
ſeu finem.*

I. **C**Laritatē ab hominibus non accipio, ſed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: ſi aliud uenerit in nomine

186 SECUNDA PARS

me suo, illum accipietis.

II. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est non quæritis?

III. Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud Patrem: Est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis, si enim crederetis Moysi, crederetis forsan, & mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis; quomodo verbis meis credetis?

N O T A.

Si alius venerit p̄ta Antichristus, aut alius Pseudopropheta.

Forsitan Graecæ ar., significat etiam utique; vel ita dixit respectuè ad diuersos, quorum alijs credidissent, alijs non; ex præscientiis enim iuina sciebat, qui nam credituri fuissent, qui non.

Quomodo verbis meis credetis? quem Moyse inferiorem peccatis; est enim argumentum ad hominem.



M E.

MEDIT. LIX.

*Ex Matth. 12. n. 1. ad 9. Marc. 2.  
num. 23. ad 28. Luc. 6.  
num. 1. ad 5.*

I. **E**t factum est iterum cum Sabbato,  
*ut Matth. seu Sabbatis, ut Marc.*  
*seu Sabbato secundoprimo, ut Luc. am-*  
*bularet IESVS per Sata, Discipuli eius*  
*coeperunt progredi, & esurientes velle-*  
*re spicas, & manducare confricantes ma-*  
*nibus. Pharisi autem videntes dixerunt*  
*ei: Ecce Discipuli tui faciunt, quod non*  
*licet facere Sabbatis, Matth. sen. ecce,*  
*quid faciunt Sabbatis quod non licet?*  
*Marc. seu ut Luc. Quidam autem Phari-*  
*sorum dicebant illis: Quid facitis quod*  
*non licet in Sabbatis? Fortasse omniibus*  
*bis tribus formulis dixerit Pharisaorum usi-*  
*sunt.*

II. Et respondens IESVS ad illos ait:  
Nunquam, *sen nec* hoc legistis quid fece-  
rit Dauid, quando necessitatem habuie  
cum esurisset ipse, & qui cum ipso erant?  
quomodo introiit in domum Dei sub  
Abiathar principe sacerdotum, & panes  
propositionis sumpsit, & manducauit, &  
dedit his, qui cum ipso erant quos non  
licebat comedere nisi solis sacerdoti-  
bus?

bus? Aut non legistis in lege, quia Sabbatis Sacerdotes in templo Sabbathum violant. & sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia templo maior est hic.

III. Et dicebat eis: Sabbathum propter hominem factum est, & non homo propter Sabbathum; itaque Dominus est filius hominis etiam Sabbati: si autem sciretis quid est: misericordiam volo, & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes.

### N O T . Æ.

*Hoc factum retulit Lucas occasione similis questionis de discipulis Christi non ieiunantibus; Esto euenerit postea nempe Sabbatho illo quod successit primo, & primario Sabbatho, nempe illi quod inciderat in festa Paschalia.*

Sabbatho secundo primo. Nempe altero Sabbatho, quod successit primo Sabbatho paschali, illud enim Sabbathum, quod incidet in hebdomadam Paschalem erat primum, seu potissimum, & dupliciter Sanctum, ac solemne iuxta illud: Ioannis 19. Erat enim magnus dies ille Sabbathi. Sequentis autem hebdomadis Sabbathum fuit secundum, respectu huius primi, & quia anno 31. Christi Pascha hoc incidit in 28. Martij feria 3. Sabbathum primum incidit in diem 1. Aprilis, & secundum in 8. Aprilis, quo tempore in Iudea spica ad maturitatem proxime cōfricari poserant: fuisse autem hunc diem propriè

at vero Sabbathum patet ex calumpnia Iudaorum, alijs enim diebus festis, non erat vetitum cibos preparare, operari, &c. Scio verias esse opiniones de Sabbatho secundoprimo: sed mea ni fallor, planior, & facilior videatur.

---

## MEDIT. LX.

*Ex Matt. 12. nu. 10. ad 21. Marc. 3.*

*num. 1. ad 8. Luca 6.*

*nu. 6. ad 11.*

I. **E**t cum inde transisset, factum est iterum in alio Sabbatho, ut intraret in Synagogam eorum, & doceret: & ecce erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida: Observabant autem Scribae, & Pharisæi si in Sabbatho curaret, ut inuenirent unde accusarent eum; ita *Marc. & Luc.* alij vero, ut habeat *Matt.* Interrogabant eum dicentes: si licet Sabbathis curare, ut accusarent eum. Ipse vero sciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum aridam: surge & sta in medium, & surgens stetit. Ait autem ad illos **IESVS**: interrogo vos, si licet Sabbathis benefacere, an male; an immam saluam facere, an perdere? Quis erit ex vobis homo, qui habeat oves unam, & si ceciderit hæc Sabbathis in foecam, nonne tenebit, & leuabit eam?

quæb-

quantò magis melior est homo oue? Ita que licet Sabbatis benefacere , & tunc circumspicieos eos cum ira contristatus super cæcitate cordis eorum,dixit homini : Extende manum tuam , & extendit, & restituta est manus eius sanitati , sicut altera .

II. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem quidnam facerent IESV . Exeuntes autem Phari- sai statim cum Herodianis Consilium fa- ciebant aduersus eum , quomodo eum perderent : IESVS autem sciens recessit inde, & cum discipulis suis secessit ad ma- re , & secuti sunt eum multi ; & curauit eos omnes : Et præcepit eis ne manife- stum eum facerent .

III. Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem . Ecce puer meus quem elegi , in quo bene com- placuit animæ moæ . Ponam spiritum- meum super eum , & iudicium gentibus nunciabit . Non contendet , neque cla- mabit , neque audiet aliquis in plateis vocem eius : arundinem quassatam non confringet , & linum fumigans non ex- tinguet ; donec ejiciat ad viatoriam iu- dicium , & in nomine eius gentes spe- rabunt .

MEDIT. LXI.

Ex Luca 7. num. 36. ad fin.  
¶ c. 8. ad 3.

I. **R**ogabat autem illum quidam de Phariseis, ut manducaret cum illo, & ingressus domum Pharisei discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognouit quod accubuerat in domo Pharisei, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius, lacrymis coepit rigare pedes eius, & capillis capit is sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

II. Videns autem Phariseus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret utique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est: Et respondens IESVS dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidam foeneratori: Vnus debebat denarios quingentos, & aliis quinquaginta: Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Aestimo quia is, cui plus donauit: At ille dixit recte iudicasti.

III. Et conuersus ad mulierem, dixit  
Si-

Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, haec autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit: Osculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos: Oleo caput meum non vnxisti; haec autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

IV. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit, vade in pace. Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per Ciuitates, & Castella prædicans, & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus; Maria quæ vocatur Magdalena de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

## N O T A.

*Ecce mulier: nempe Maria Magdalena, quæ unica fuit, & sapientissima ab Euangelio.*

gelistis, ut probat Cornelius à Lapido in c. 7.  
Luce.

Stans retro secus pedes: tunc enim ac-  
cumbebant mensa in lectulis, pedibus retror-  
sum procul à mensa porrectis: stetit autem ibi  
primo, deinde genuflexo pedes Domini lanit,  
extensis, unxit.

Remittuntur tibi peccata tua: Gracè est  
remissa sunt, & consonat parabola Saluato-  
ris, idcirco enim signa illæ amoris exhibuit  
Christo, quia in ipso accessu ad eum, conscri-  
tionem magnam, Deo iuuante experta, ingen-  
tem cōiecturam de remissione peccatorum con-  
cepit; Dilexit ergo multum interius, & ideo  
multa peccata remissa sunt, & quia multa  
remissa sibi censuit, plura signa concepti iam  
amoris foras exhibuit. Potuit tamen iterum  
absolui à peccatis per verba illæ Remittun-  
tur, sicut Sacerdos iam coneritum, & iustifi-  
carum absoluit, conferendo nouam gratiam,  
de se absolutiā peccati

Fides tua: non dixit dilectio, seu charitas  
tua, ut doceret initium iustificationis esse Fi-  
dem, qua creditur in Christum, ut poscentem,  
& volentem peccata remittere.



## M E D I T . L X I I .

*Ex Matt. 12. nū. 23. ad 30. Marc. 3.  
num. 20. ad 27. Luc. 11.  
nū. 14. ad 22.*

I. **E**T veniunt ad domum , & conuenient iterum turba , ita ut non possent neque panem manducare , & cum audissent sui , exierunt tenere eum , dicebant enim : Quoniam in furorem versus est . Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus , & mutus , & erat ejiciens dæmonium , & illud erat mutum , & curauit eum , ita ut loqueretur , & videret , seu , & cum eieisset Dæmonium , locutus est mutus , et stupebant omnes turbæ , et dicebant : Nunquid hic est filius Dauid ? Et scribæ qui ab Ierosolymis descendebant , et Pharisei audientes dixerunt : Quoniam Beelzebub habet ; hic non ejicit dæmones , nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum .

II. IESVS autem ut vidit cogitationes eorum , conuocatis eis in parabolis dixit eis : Quomodo potest Satanas Satanam ejicere ? Omne regnum in se , seu contra se ipsum diuisum desolabitur , et omnis ciuitas , vel domus diuisa contra se non stabit , seu non potest domus illa stare , et do-

domus supra domum cadet. Et si Satanæ consurrexerit in semetipsum dispersus est, et non poterit stare, sed finem habebit, et si Satanæ Satanam ejicit, aduersus se diuisus est: Quomodo ergo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me ejicere dæmonia.

III. Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia; filij vestri in quo ejiciunt? Ideò ipsi iudices vestri erunt. Porro si ergo in Spiritu Dei. ut Matth. seu, ut Luc. in digito Dei ejicio dæmonia: profectò igitur peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet, aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? Si autem fortior eo superueniens, vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & tunc domum illius diripiet, & spoglia eius distribuet.

## MEDIT. LXIII.

*Ex Matt. 12. n. 30. ad 37. Marc. 3.  
num. 28. ad 30. Luc. 11.  
num. 23.*

L. **Q** Vi non est tecum contra me est,  
& qui non colligit tecum, di-

## 196 SECUNDA PARS

spergit: Ideo amen dico vobis, quoniam omnia peccata dimittuntur filiis hominum, & blasphemizæ, quibus blasphemaverint, Spiritus autem blasphemizæ non remitteretur, & quicunque dixerit verbum contra Filium hominis remitteretur ei, qui autem blasphemauerit contra Spiritum Sanctum, non remitteretur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, ut Matt. seu, ut Marc. non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Quoniam dicebant spiritum immundum habet.

II. Aut facite arborem eius bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborrem malam, & fructum eius malum si quidem, ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro suo profert bona, & malus homo de malo thesauro suo profert mala.

III. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij: ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

## N O T A.

Peccatum erat in Spiritum Sanctum, inuidere Christo donum ejiciendi Damna-  
ria

nia à Spiritu Sancto profectum , seu ipsi tribuendum , ut hoc tribuerent spiritui maligno , cum quo Christus commercium haberet , & collusionem : præseruit cum ex fructibus arbitrem discernere posset , nempe ex doctrina , & vita Sanctitate , alijsque miraculis , quibus omnino contrarius erat , & aduersarius Satanae .

Verbum otiosum . Si de verbo otioso , quod potest esse indifferens , efto plerumq; in hominibus otiosis non carat leui culpa , reddenda est ratio quanto magis de blasphemia in Spiritum Sanctum . Ex eo autem , quod reddenda sit ratio , non inferetur necessariò culpa cuiuslibet verbi otiosi : cum reddenda sit etiam ratio bonorum operum ; nec examen rationis sufficiens argumentum reum deliquisse .

## MEDIT. LXIV.

*Ex Matt. 12. n. 38. ad 50. Marc. 3.*

*num. 31. ad 35. Lnc. II.*

*num. 24. ad 32.*

I. **T**VNC responderunt ei quidam de Scribis , & Pharisæis dicentes . Magister volumus à te signum videre ; turbis autem cōcurrentibus , respondens ait illis : Generatio hæc generatio nequam est , & adultera : signum querit , & signum non dabitur ei , nisi signum longe

186 SECUNDA PARS  
ne suo, illum accipietis.

II. Quomodo vos potestis credere,  
qui gloriam ab inuicem accipitis, &  
gloriam quæ à solo Deo est non qua-  
ritis?

III. Nolite putare quia ego accusa-  
turus sim vos apud Patrem: Est qui ac-  
cusat vos Moyses, in quo vos speratis, si  
enim crederetis Moyse, crederetis forsi-  
tan, & mihi: de me enim ille scripsit. Si  
autem illius literis non creditis; quo-  
modo verbis meis credetis?

N O T A.

Si alius venerit p̄tra Antichristus, aut  
alius Pseudopropheta.

Forsitan Graecæ ēr, significat etiam utri-  
que; vel ita dixit respectuè ad diuersos, quo-  
rum alij credidissent, alij non; ex præscientiis  
enim iuina sciebat, qui nam credituri fuis-  
sent, qui non.

Quomodo verbis meis credetis? quem  
Moysē inferiorem peccatis; est enim argumen-  
tum ad hominem.



## MEDIT. LIX.

*Ex Matth. 12. n. 1. ad 9. Marc. 2.  
num. 23. ad 28. Luc. 6.  
num. 1. ad 5.*

I. ET factum est iterum cum Sabbato,  
*ut Matth. seu Sabbatis, ut Marc.*  
*seu Sabbato secundoprimo, ut Luc. am-*  
*bularerit IESVS per Sata, Discipuli eius*  
*coeperunt progredi, & esurientes velle-*  
*re spicas, & manducare confricantes ma-*  
*nibus. Pharisei autem videntes dixerunt*  
*ei: Ecce Discipuli tui faciunt, quod non*  
*licet facere Sabbatis, Matth. seu ecce,*  
*quid faciunt Sabbatis quod non licet?*  
*Marc. seu ut Luc. Quidam autem Phari-*  
*seorum dicebant illis: Quid facitis quod*  
*non licet in Sabbatis? Fortasse omniibus*  
*his tribus formulis diversi Phariseorum usi*  
*sunt.*

II. Et respondens IESVS ad illos ait:  
Nunquam, *seu nec hoc legislis quid fece-*  
*rit Dauid, quando necessitatem habuie*  
*cum esurisset ipse, & qui cum ipso erant?*  
quomodo introiuit in domum Dei sub  
**Abiathar principe sacerdotum, & panes**  
**propositionis sumpsit, & manducavit, &**  
**dedit his, qui cum ipso erant quos non**  
**licebat comedere nisi solis sacerdoti-**  
**bus?**

## DE SECUNDA PARS

deinde ut de eis in lege, quia Sab-  
atum nomen a templo Sabbatum  
erat & vocavit se Iudei. Dico autem  
vobis quod etiam tu tuor est hic.

Quoniam si inveneritis Sabbatum propter  
vobis dominum est, & non homo pro-  
pter vobis dominus, sed Dominus est filius  
vobis. Et tunc sabbati: si autem scire-  
mus quoniam in exercitu solo, & non  
in exercitu, nonnulli conuersariis in-  
veniuntur.

## S C T E.

Item iudicium tunc reuise familis  
Iudeorum ad eum. Quod cum invenerit  
eum qui invenerit nomen domini Sabato illo  
vobis dicens. Nonne tu inveneris Sabato,  
vobis non cum inveneris in iudea palestina.

Ad hanc eundem sententiam. Nam se al-  
terum invenerit. Tunc nesciis inveneris Sabato  
magis, nisi inveneris Sabato, quod recide-  
bit in exercitu. Per conuersariam primum,  
in exercitu. Quod inveneris Sabato, ac  
inveneris nomen domini: Iohannes 19. Erat enim  
magis nomen illi Sabbathi. Sequens is au-  
tem exortans Sabato eum fuit secundum,  
vobis omnes prout. Quia anno 31. Chrys-

ostro anno invenire in eis. Marty feria 3.

Invenerit invenerit in diem 1. Apri-

lulum in S. Apollinis, quo tempore in

invenerit eum proxime cōfricā-

ans bene diem propriū,

ac

at vero Sabbathum pater ex calunnia In-  
daorum, alijs enim diebus festis, non erat ve-  
ritatum cibos preparare, operari, &c. Scio va-  
rias esse opiniones de Sabbatho secundoprimo:  
sed mea ni fallor, planior, & facilior videatur.

---

## MEDIT. LX.

*Ex Matt. 12. nu. 10. ad 21. Marc. 3.  
num. I. ad 8. Luca 6.  
nu. 6. ad II.*

I. **E**t cum inde transisset, factum est  
iterum in alio Sabbatho, ut intra-  
ret in Synagogam eorum, & doceret: &  
ecce erat ibi homo, & manus eius dex-  
tera erat arida: Obseruabant autem Scri-  
bæ, & Pharisæi si in Sabbatho curaret, ut  
inuenirent vnde accusarent eum; ita  
*Marc. & Luc.* alij verò, ut *habet Matth.*  
Interrogabant eum dicentes: si licet Sab-  
batis curare, ut accusarent eum. Ipse  
verò sciebat cogitationes eorum, & ait  
homini qui habebat manum aridam: sur-  
ge & sta in medium, & surgens stetit. Ait  
autem ad illos **LESVS**: interrogo Vos, si  
licet Sabbatis benefacere, an male; ani-  
mam saluam facere, an perdere? Quis  
erit ex vobis homo, qui habeat ouem,  
vnam, & si ceciderit hæc Sabbathis in fo-  
ueam, nonne tenebit, & leuabit eam?

quæ-

180 SECUNDA PARS

vidisset IESVS iacentem, et cognouisset, quia iam multum tempus haberet, dicit ei : vis sanus fieri ? Respondit ei languidus : Domine hominem non habeo , ut cum turbata fuerit aqua , mittat me in piscinam : dum venio enim ego , alias ante me descendit .

II. Dicit ei IESVS ; surge tolle grabatum tuum , et ambula , et statim sanus factus est homo ille , et sustulit grabatum suum , et ambulabat . Erat autem Sabbathum in die illo : dicebant ergo Iudei illi qui sanatus fuerat : Sabbathum est , non licet tibi tollere grabatum tuum . Respondebat eis , qui me sanum fecit , ille mihi dixit : tolle grabatum tuum , et ambula .

III. Interrogauerunt ergo eum ; quis est ille homo , qui dixit tibi : Tolle grabatum tuum , et ambula . Is autem qui sanus fuerat effectus , nesciebat quis esset : IESVS enim declinavit a turba constituta in loco .

IV. Postea inuenit eum IESVS in templo , et dicit illi : Ecce sanus factus es , iam noli peccare , ne deterius tibi aliquid contingat . Abiit ille homo , et nunciauit Iudeis , quia IESVS est qui fecit eum sanum . Propterea persequebantur Iudei IESVM , quia haec faciebat in Sabato .

N. O. T. E.

Dies festus Iudeorum anonomastice dicitur

*H*oc erat Pascha, & hoc est secundum Pascha, cui post sui Baptismum interfuit Christus anno aetatis sua 31. inciditq; in feriam 3, quare Sabbathum incidit in quintam diem Azymorum.

Probatica piscina, id est pecunaria, in qua abluebantur oves Deo immolanda, ut à scabie mundarentur, oves autem Græcæ tristata dicuntur, & Bethsaïda Hebræcæ significat piscinam ovis.

Angelus autem, sive S. Raphael qui moribus sanandis praest, sive alius; inuisibiliter plerumque, & ex turbatione, atque commotione aqua innotescens.

Secundum tempus: sive semel in anno in diebus festis Paschatis, aut Pentecostes, ut patet Tertullianus, & Cyrillus; sive poëtus plusquam semel in anno, ut aliquis cum Euthymio.

### M E D I T. L V.

*Ex Ioannis 5. num. 17. ad 24.*

I. IESVS autem respondit eis: Pater meus usquemodo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis querebant eum Iudei interficere, quia non solum soluebat Sabbathum, sed & Patrem suum dicebat Deum, & aqualem se faciens Deo. Respondit itaque IESVS, & dicit eis; Amen amen dico vobis; non potest

FI

Filius à se facere quidquam , nisi quod viderit Patrem facientem ; quæcunque enim ille fecerit , hæc & Filius similiter facit .

II. Pater diligit Filium , & omnia demonstrat ei , quæ ipse facit ; & maiora his demonstrabit ei opera , ut vos miramini . Sicut eam Pater suscitat mortuos , & vivificat , sic & Filius quos vult vivificat .

III. Neque enim Pater iudicat quemquam ; sed omne iudicium dedit Filio , ut omnes honorificant Filium , sicut honorificant Patrem . Qui non honorificat Filium , non honorificat Patrem qui misit illum .

IV. Amen amen dico vobis , quia qui verbum meum audit , & credit ei , qui misit me habet vitam æternam , & in iudicium non venit : sed transiit à morte in vitam .

### MEDIT. LVI.

*Ex. Ioannis 5. Am. 25. ad 33..*

I. **A**men amen dico vobis , quia venit hora , & nunc est , quando omnes audient vocem Filij Dei , & qui audierint vivent . Sicut enim Pater habet vitam in semetipso : sic dedit , & Filio habere vitam in semetipso , & potestatem de-

dedit ei iudicium facere , quia Filius hominis est .

II. Nolite mirari hoc , quia venit hora , in qua omnes , qui in monumentis sunt , audient vocem Filij Dei , & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ , qui vero malegerunt in resurrectionem Iudicij .

III. Non possum a me facere quidquā , sicut audio iudico : & iudicium meum justum est , quia non quero voluntatem meam , sed voluntatem eius , qui misit me .

IV. Si ego testimonium perhibeo de me ipso , testimonium meum non est verum . Alius est qui testimonium perhibet de me , & scio quia verum est testimonium quod perhibet de me .

## N O T A E

Et hanc est : siue quia in eternum usque ad resurrectionem universalem est voluntans temporis auctor illud 2. Petri 3. apud Dominum mille anni , sicut vobis dies , siue quia aliquis iam suscitaverat à mortuis & Lazarum atque alios in sua resurrectione suscitaverat . tanquam primi vas resurrectum . siue mystice loquens de Gentibus & peccatoribus qui audiendo vocem Filij Dei , id est credendo eis verbis , & subsequendo proprieatis , vivere .

Testimonium meum non est verum :  
Sci.

Scilice solitarie sumptum. & secundum esti-  
macionem communem hominum non creden-  
tium testi singulari de seipso testificantur: tale  
enim testimonium in fere excusno non confe-  
etur legitimum, & iuridicum.

---

## MEDIT. LVII.

Ex Ioannis s. num. 33. ad 40.

I. **V**os misistis ad Ioannem: & testi-  
monium perhibuit veritati: Ego  
autem non ab homine testimonium ac-  
cipio, sed haec dico, ut salvi sitis. Ille erat  
laterna ardens, & lucens. Vos autem  
voluistis ad horam exultare in luce eius.  
Ego autem habeo testimonium, maius  
Ioanne.

II. Opera enim, quæ dedit mihi Pa-  
ter ut perficiam, ea ipsa opera, quæ ego  
facio, testimonium perhibent de me,  
quia Pater misit me, & qui misit me Pa-  
ter, ipse testimonium perhibuit de me,  
neque vocem eius unquam audistis, ne-  
que speciem eius vidistis, & verbum eius  
non habetis in vobis manens, quia quem  
misit ille, huic vos non creditis.

III. Scrutamini Scripturas, quia vos  
poteritis in ipsis vitam æternam habere;  
Et ille sunt, quæ testimonium perhibent  
de me, & non vultis venire ad me, ut vi-  
tam habeatis.

NO-

## N O T Æ.

*Ad horam exultare gauiſi ſciliſet de tam  
ſancto viro, quem Meſſiam putabaris, ſed ubi  
ipſe non ſe, ſed me eſſe Meſſiam teſtatus eſt,  
q[uod] uerba ſcelera increpauit, q[uod] me humilem,  
ac pauperem ſpronistiſtis, q[uod] eius baptiſtum,  
quod notat S. Lucas cap. 7. dicens: Pharifati  
autem, et Legisperiti, conſilium Dei ſpre-  
uerunt in ſemetiſſis, non baptizati ab  
eo.*

*Neque vocem, neque ſpeciem, etc.  
quaſi dicerec loquor de Pare meo non viſibili,  
qualis fuit Iofeph, quem vos putatis fuiffe  
parem meum, ſed de Pare inuifibili, ac ca-  
leſti, quem licet non audieritis, nec uideritis  
immediatè, ex ſcripturis tamen, q[uod] ex mi-  
raculis deberetis cognoscere me eſſe eius Fi-  
lium.*

---

## M E D I T . L V I I I .

*Ex Ioannis 5. num. 41. ad 47.  
ſeu finem.*

I. **C**Laritatē ab hominib[us] non ac-  
cipio, ſed cognoui vos, quia  
dilectionem Dei non habetis in vobis.  
Ego veni in nomine Patris mei, & non  
accipitis me: ſi aliis uenerit in nomi-  
ne

186 SECUNDA PARS  
ne suo, illum accipietis.

II. Quomodo vos potestis credere,  
qui gloriam ab inuicem accipitis, &  
gloriam quæ à solo Deo est non quæ-  
ritis?

III. Nolite putare quid ego accusa-  
turus sim vos apud Patrem: Est qui ac-  
cusat vos Moyses, in quo vos speratis, si  
enim crederetis Moysi, crederetis forsi-  
tan, & mihi: de me enim ille scripsit. Si  
autem illius literis non creditis; quo-  
modo verbis meis credetis?

N O T A.

Si alius venerit p[er]ta Antichristus, aut  
alius Pseudopropheta.

Forsitan Græcè ἀνή, significat etiam utri-  
que; vel ita dixit respectuè ad diuersos, quo-  
rum alijs credidissent, alijs non; ex præscientia  
enim iuina sciebat, qui nam credissuri fuis-  
sent, qui non.

Quomodo verbis meis credetis? quem  
Moysē inferiorem p[re]dictis; est enim argumen-  
tum ad hominem.



MEDIT. LIX.

*Ex Matth. 12. n. 1. ad 9. Marc. 2.  
num. 23. ad 28. Luc. 6.  
num. 1. ad 5.*

I. ET factum est iterum cum Sabbato;  
*ut Marsh. seu Sabbatis, ut Marc.*  
seu Sabbato secundoprimo, *ut Luc. am.*  
bularet IESVS per Sata, Discipuli eius  
coeperunt progredi, & esurientes velle-  
re spicas, & manducare confricantes ma-  
nibus. Pharisei autem videntes dixerunt  
ei: Ecce Discipuli tui faciunt, quod non  
licet facere Sabbatis, *Marsh. seu ecce,*  
quid faciunt Sabbatis quod non licet?  
*Marc. seu ut Luc.* Quidam autem Phari-  
seorum dicebant illis: Quid facitis quod  
non licet in Sabbatis? *Ferrasse omibns*  
*bis tribus formulis dixerit Phariseorum usi*  
*sunt.*

II. Et respondens IESVS ad illos ait:  
Nunquam, *seu nec* hoc legistis quid fece-  
rit Dauid, quando necessitatem habuie  
cum esurisset ipse, & qui cum ipso erant?  
quomodo introiuit in domum Dei sub  
Abiathar principe sacerdotum, & panes  
propositionis sumpsit, & manducauit, &  
dedit his, qui cum ipso erant quos non  
licebat comedere nisi solis sacerdoti-  
bus?

## 188 SECUNDA PARS

bus? Aut non legistis in lege, quia Sab-  
batis Sacerdotes in templo Sabbatum  
violant & sine crimine sunt? Dico autem  
vobis, quia templo maior est hic.

III. Et dicebat eis: Sabbatum propter  
hominem factum est, & non homo pro-  
pter Sabbatum; itaque Dominus est filius  
hominis etiam Sabbati: si autem scire-  
tis quid est: misericordiam volo, & non  
sacrificium, nunquam condemnassetis in-  
nocentes.

## N O T . A E.

*Hoc factum retulit Lucas occasione similis  
questionis de discipulis Christi non ieunanti-  
bus; Esto euenerit postea nempe Sabbato illo  
quod successit primo, & primario Sabbato,  
nempe illi quod inciderat in festa Paschalis.*

Sabbatho secundo primo. Nempe al-  
tero Sabbatho, quod successit primo Sabbatho  
paschali, illud enim Sabbathum, quod incide-  
bat in hebdomadam Paschalem erat primum,  
seu potissimum, & dupliciter Sanctum, ac  
solemne iuxta illud: Ioannis 19. Erat enim  
magnus dies ille Sabbathi. Sequentis au-  
tem hebdomadis Sabbathum fuit secundum,  
respectu huius primi, & quia anno 31. Chri-  
sti Pascha hoc incidit in 28. Martij feria 3.  
Sabbatum primum incidit in diem 1. Apri-  
lis, & secundum in 8 Aprilis, quo tempore in  
Iudea spica ad maturitatem proxime cōfricu-  
ri poserant: sive autem hunc diem propriè,

ac

at vero Sabbathum patet ex calunnia Indianaorum, alijs enim diebus festis, non erat veritatum cibos preparare, operari, &c. Scio varias esse opiniones de Sabbatho secundoprimo: sed mea nisi fallor, planior, & facilior videatur.

---

## MEDIT. LX.

*Ex Matt. 12. nu. 10. ad 21. Marc. 3.  
num. I. ad 8. Luca 6.*

*nu. 6. ad II.*

I. **E**T cum inde transisset, factum est iterum in alio Sabbatho, ut intraret in Synagogam eorum, & doceret: & ecce erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida: Obseruabant autem Scriptær, & Pharisæi si in Sabbatho curaret, ut inuenirent unde accusarent eum; ita *Marc.* & *Luc.* alij verò, ut *habet Matth.* Interrogabant eum dicentes: si licet Sabbathis curare, ut accusarent eum. Ipse verò sciebat cogitationes eorum; & ait homini qui habebat manum aridam: surge & sta in medium, & surgens stetit: Ait autem ad illos **IESVS**: interrogo Vos, si licet Sabbathis benefacere, an male; an immam saluam facere, an perdere? Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, & si ceciderit hæc Sabbathis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam?

qua-

quantò magis melior est homo oue? Ita que licet Sabbatis benefacere , & tunc circumspiciens eos cum ira contristatus super cæcitatem cordis eorum,dixit homini : Extende manum tuam , & extendit, & restituta est manus eius sanitati , sicut altera .

II. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem quidnam facerent IESV. Exeuntes autem Phariſæi statim cum Herodianis Consilium faciebant aduersus eum , quomodo cum perderent: IESVS autem sciens recessit inde, & cum discipulis suis secessit ad mare , & secuti sunt eum multi , & curauit eos omnes: Et præcepit eis ne manifestum eum facerent.

III. Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem . Ecce puer meus quem elegi, in quo bene complacuit animæ meæ . Ponam spiritum meum super eum , & iudicium gentibus nunciabit . Non contendet , neque clamabit , neque audiet aliquis in plateis vocem eius: arundinem quassatam non confringet , & linum fumigans non extinguet ; donec ejiciat ad victoriam iudicium , & in nomine eius gentes spe Rabunt,

## MEDIT. LXI.

*Ex Luca 7. num. 36. ad fin.  
& c. 8. ad 3.*

I. **R**ogabat autem illum quidam de Phariseis, ut manducaret cum illo, & ingressus domum Pharisei discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognouit quod accubuerat in domo Pharisei, attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius, lacrymis coepit rigare pedes eius, & capsillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.

II. Videns autem Phariseus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret vtrique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum, quia peccatrix est: Et respondens IESVS dixit ad illum: Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores erant cuidam foeneratori: Vnus debebat denarios quingentos, & aliis quinquaginta: Non habentibus illis unde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Aestimo quia is, cui plus donauit: At ille dixit recte iudicasti.

III. Et conuersus ad mulierem, dixit  
Si-

## 192 SECVNDA PARS

Simoni: Vides hanc mulierem? Intrauit in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, haec autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit: Osculum mihi non dedisti, haec autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos: Oleo caput meum non unxit; haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

IV. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cooperunt qui simul accumbebant dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit, vade in pace. Et factum est deinceps, & ipse iter faciebat per Ciuitates, & Castella praedicans, & euangelizans regnum Dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquae, quae erant curatae a spiritibus malignis, & infirmitatibus; Maria quae vocatur Magdalena de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

## N O T A E.

Ecce mulier: nempe Maria Magdalena, quæ unica fuit, & sapientissima ab Evangelista nomina.

gelistis, ut probat Cornelius à Lapide in c. 7.  
Leca.

Stans retro secus pedes: tunc enim ac-  
cumbebant mensa in lectulis, pedibus retror-  
sum procul à mensa porrectis: stetit autem ibi  
primo, deinde genuflexo pedes Domini lauit,  
excerfis, unxit.

Remittuntur tibi peccata tua: Gracè est  
remissa sunt, & consonat parabola Saluato-  
ris, idcirco enim signa illa amoris exhibuit  
Christo, quia in ipso accessu ad eum, conscri-  
tionem magnam, Deo iuante experta, ingen-  
tem cōiecturam de remissione peccatorum con-  
cepit; Dilexit ergo multum interius, & ideo  
multa peccata remissa sunt, & quia multa  
remissa sibi censuit, plura signa conceperam  
amoris foras exhibuit. Potuit tamen iterum  
absoluti à peccatis per verba illa Remittun-  
tur, sicut Sacerdos iam concritum, & iustifi-  
carum absolutus, conferendo nouam gratiam,  
de se absolutum peccati

Fides tua: non dixit dilectio, seu charitas  
tua, ut doceret in ictum iustificationis esse Fi-  
dem, qua creditur in Christum, ut potencem,  
& volentem peccata remittere.



## M E D I T . L X I I .

*Ex Matt. 12. nu. 22. ad 30. Marc. 3.  
num. 20. ad 27. Luc. 11.  
nu. 14. ad 22.*

I. ET veniunt ad domum , & conuenit iterum turba , ita ut non possent neque panem manducare , & cum audissent sui , exierunt tenere eum , dicebant enim : Quoniam in furorem versus est . Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus , & mutus , & erat ejiciens dæmonium , & illud erat mutum , & curauit eum , ita ut loqueretur , & videret , seu , & cum eiecisset Dæmonium , locutus est mutus , et stupebant omnes turbæ , et dicebant : Nunquid hic est filius Dauid ? Et scribæ qui ab Ierosolymis descendebant , et Pharisei audientes dixerunt : Quoniam Beelzebub habet ; hic non ejicit dæmones , nisi in Beelzebub principe Dæmoniorum .

II. IESVS autem ut vidit cogitationes eorum , conuocatis eis in parabolis dixit eis : Quomodo potest Satanas Satanam ejicere ? Omne regnum in se , seu contra se ipsum diuisum desolabitur , et omnis ciuitas , vel domus diuisa contra se non stabit , seu non potest domus illa stare , et do-

domus supra domum cadet. Et si Satanæ consurrexerit in semetipsum dispersus est, et non poterit stare, sed finem habebit, et si Satanæ Satanam ejicit, aduersus se diuisus est: Quomodo ergo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me ejicere dæmonia.

III. Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonias; filij vestri in quo ejiciunt? Ideò ipsi iudices vestri erunt. Porrò si ergo in Spiritu Dei. ut Matth. seu, ut Luc. in digito Dei ejicio dæmonia: profectò igitur peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet, aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? Si autem fortior eo superueniens, vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & tunc domum illius diripiet, & spoglia eius distribuet.

*MEDIT. LXIII.*

*Ex Matt. 12. n. 30. ad 37. Marc. 3.*

*num. 28. ad 30. Luc. II.*

*num. 23.*

I. **Q**ui non est tecum contra me est,  
& qui non colligit tecum, di-  
sper-

spergit: Ideo amen dico vobis, quoniam omnia peccata dimittuntur filiis hominum, & blasphemis, quibus blasphemaverint, Spiritus autem blasphemis non remitteret, & quicunque dixerit verbum contra Filium hominis remittetur ei, qui autem blasphemauerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, ut Matt. seu, ut Marc. non habet remissionem in eternum, sed reus erit eterni delicti. Quoniam dicebant spiritum immundum habet.

II. Aut facite arborem eius bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborē malam, & fructum eius malum si quidem, ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro suo profert bona, & malus homo de malo thesauro suo profert mala.

III. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij: ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

### N O T A E.

*Peccatum erat in Spiritum Sanctum, adeo inuidere Christo donum exercendi Domini.*

nia à Spiritu Sancto profectum, seu ipsi tribuendum, ut hoc tribuerent spiritui maligno, cum quo Christus commercium haberet, & collusionem: præseruimus ex fructibus arborem discernere possent, nempe ex doctrina, & vita Sanctitate, alijsque miraculis, quibus omnino contrariis erat, & aduersariis Satana.

Verbum otiosum. Si de verbo otioso, quod potest esse indifferens, est plerumq; in hominibus otiosis non carat leui culpa, reddenda est ratio quanto magis de blasphemia in Spiritum Sanctum. Ex eo autem, quod reddenda sit ratio, non inferetur necessariò culpa cuiuslibet verbi otiosi: cum reddenda sit etiam ratio bonorum operum; nec examen rei est sufficiens argumentum reum delinquisse.

## MEDIT. LXIV.

Ex Matt. 12. n. 38. ad 50. Marc. 3.

num. 31. ad 35. Lyc. II.

num. 24. ad 32.

I. **T**unc responderunt ei quidam de Scribis, & Phariseis dicentes. Magister volumus à te signum videre; turbis autem cōcurrentibus, respondens ait illis: Generatio hæc generatio nequam est, & adultera: signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ

**Prophetæ.** Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus, *seu ut Marc.* Sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit, & filius hominis generationi isti. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ; & ecce plusquam Ionas hic! Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plusquam Salomon hic.

**II.** Cum autem immundus Spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida, *seu in aquosa quærens requiem*, & non inueniens dicit: reuertar in domum meam, vnde exiui, & veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios Spiritus nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus, sic erit, & generationi huic pessimæ.

**III.** Factum est autem cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & ubera quæ suxisti: At ille dixit. Quin immò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

**IV.** Adhuc eo loquente ad turbas ec-

ce mater eius, & fratres stabant foris quærentes loqui ei: dicit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant quærentes te; at ipse respondens dicenti fibi ait: Quæ est Mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in Discipulos suos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei: Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.

## N O T A:

Tribus diebus, & tribus noctibus, id est per tres dies naturales, qui ex die artificiali nocteque constant, partem feria 6. totum Sabatum, & partem feria prima, seu Dominica complectendo; & tertia die resurgendo: Nam, & eodem sensu sumendo partem pro toto intellegi potest illud Iona 2. Et erat Jonas in ventre piscis, tribus diebus, & tribus noctibus; nec necesse est ad id verificandum attigisse de tribus noctibus, sed sufficit attigisse de illis diebus, quos Greci νυχθυμίας vocant, hoc est Noctides; ad differentiam dies à nocte distincti. Nisi quis dicat, Christum post resurrectionem suam, transacta die Dominica, nocte feria secunda ineuntis, descendisse ad liberandas animas eorum, qui erant in sinu Abrahæ; Quod sine idoneo fundamento accendum non est.

Cum autem immundus Spiritus: Oc-

*causione demoniaci muti sanari, volensibus  
Scribis, & Pharisais aliud signum, in quo non  
appareret Christum ex collusione cum Sarana  
cūcere demonia, coactus est interrumpere ser-  
monem, ac digredi transper; nunc pergit do-  
cere quomodo se gerere debeant liberati à da-  
mone, ne iterum ab eo regresso vexentur, & his  
affimilat Pharisaeos in deteriora peccata re-  
lapsuros usq; ad Deicidium.*

---

**MEDIT. XLV.****Ex Marci 3. nu 7. ad 12. Matt. 13.****Nnum. 1. ad 17. Luca 8.****NH. 4. ad 10.**

**I.** IESVS autem cum Discipulis suis  
secessit ad mare, & multa turba à  
Galilæa, & Iudæa secuta est eum, & ab  
Ierosolymis, & ab Idumæa, & de trans  
Iordanem, & qui circa Tyrum, & Sido-  
nem multitudine magna, audientes quæ  
faciebat venerunt ad eum, & exiens IE-  
SVS de domo sedebat ad mare, & con-  
gregatæ sunt ad eum turbæ multæ, & di-  
xit Discipulis, vt nauicula fibi deseruiret  
pròpter turbam, ne comprimerent eum:  
(multos enim sanabat, ita vt irruerent in  
eum, vt illum tangerent, quotquot ha-  
bebant plagas; & spiritus immundi, cum  
illum videbant, clamabant dicentes: Tu

es Filius Dei , & vehementer comminabatur eis , ne manifestarent illum) ita ut in nauiculam ascendens sederet , & omnis turba stabat in littore ; & locutus est eis multa in parabolis dicens per similitudinem .

II. Ecce exiit qui seminat seminare semen suum , & dum seminat , aliud cecidit secus viam , & conculcatum est , & venerunt volucres cœli , & comederunt il- lud . Alia autem ceciderunt in petrosa , vbi non habebant terram multam , & con- tinuò exorta sunt , quia non habebant al- titudinem terræ : Sole autem exorto aestuauerunt , quia non habebant humo- rem , & quia non habebant radicem arue- runt . Alia autem ceciderunt inter spi- nas , & simul exortæ spinæ suffocauerunt ea . Alia autem ceciderunt in terram bo- nam , & orta dabant fructum , aliud cen- tesimum , aliud sexagesimum , aliud tri- gesimum . Hæc dicens clamabat : Qui ha- bet aures audiendi audiat , & accedentes discipuli , cùm esset singularis , interro- gabant eum , quare in parabolis loqueris eis ? & quæ esset hæc parabola ? Qui re- spondens ait illis : quia vobis datum est nōsse mysteria regni cœlorum , sive my- sterium regni Dei , illis autem in parabo- lis , sive ut Marsh. Illis autem non est da- tum . Qui enim habet dabitur ei , & abun- dabit , qui autem non habet , eo quod ha- bet auferetur ab eo .

## 202 SECUNDA PARS

III. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt, & adimpletur in eis Prophetia Ilaiae dicentis. Auditu audieritis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non videbitis. In crassatum enim est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauerunt: Ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligent, & conuertantur, & sanem eos, & dimittantur eis peccata.

IV. Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestrae, quia audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi prophete, & iusti cupierunt videre, quae videtis, & non viderunt, & audire quae auditis, & non audierunt.

## N O T A.

*Cum esset singularis, id est seorsim remouens à turbis.*

---

## MEDIT. LXVI.

*Ex Matth. 13. n. 18. ad 23. Luc. 8.*

*nun. 11. ad 15. Marc. 4.*

*nun. 13. ad 20.*

I. **E**t ait ad illos: Nescitis parabolam hanc, & quomodo omnes parbo.

bolas cognoscetis? Vos ergo audite parabolam seminantis, est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei, omnis autem qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, *sic* diabolus, & rapit quod seminatum est in corde eius, *sic* tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui hiant: hic est qui secus viam seminatus est.

II. Qui autem supra petram, *sic* petrofa seminatus est hic est, qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit verbum, non habet autem in se radicem, sed est temporaneum, facta autem tribulatione, & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur, *sic ut Lucas*, & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore temptationis recedunt.

III. Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum audit, & sollicitudo, *sic* ærumnæ saeculi istius, & fallacia diuitiarum, & reliqua concupiscentiae suffocant verbum, & sine fructu efficitur; *sic ut Lucas*: Hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ, euntes suffocantur, & non resunt fructum.

IV. Qui autem in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit, *sic* qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & frumentum afferunt in patientia: aliud quidem

204 SECUNDA PARS  
centesimum; aliud autem sexagesimum;  
aliud vero trigesimum.

---

MEDIT. LXVII.

Ex Matth. 13. num. 24. ad 30.

& num. 36. ad 43.

I. **A** Liam parabolam proposuit illis dicens: simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo; cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt, & zizania.

II. Accedentes autem servi patris familias dixerunt ei: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? & ait illis: Inimicus homo hoc fecit: Servi autem dixerunt ei, vis, imus, & colligimus ea? & ait: Nonne forte colligentes zizania, eradicetis cum eis simul, & triticum; finite utraque crescere, & in tempore messis dicam mesloribus. Colligitе primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.

Hic Matthæus subiungit parabolæ Sinapis, & fermenti, ante expositionem zizania-

HISTORIÆ EVANG. 205  
rum, sed nos hic eam in eadē modisatio-  
ne subiungimus ex eadem sc̄.

III. Tunc dimissis turbis, venit in do-  
mum, & accesserunt ad eum Discipuli  
eius dicentes: Edissere nobis parabolam  
zizaniorum agri: qui respondens ait illis.  
Qui seminat bonum semen, est filius ho-  
minis: Ager autem est Mundus: Bonum  
verò semen hi sunt filij regni; zizania  
autem, filij sunt nequam. Inimicus au-  
tem qui seminavit ea, est diabolus. Mes-  
sis verò, consummatio seculi est. Messo-  
res autem Angeli sunt.

IV. Sicut ergo colliguntur zizania,  
& igni comburuntur, sic erit in consum-  
matione seculi. Mitteret Filius hominis  
Angelos suos, & colligent de regno eius  
omnia scandala, & eos, qui faciunt ini-  
quitatem, & mittent eos in caminum  
ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium.  
Tunc iusti fulgebunt sicut Sol in regno  
Patris eorum.

---

### MEDIT. LXVIII.

Ex Matth. 13. num. 31. ad 35. &  
Lvc. 13. nu. 18. ad 21.

I. **A** Liam parabolam proposuit eis  
dicens: Simile est regnum cœlo-  
rum grano Sinapis, quod accipiens he-  
mo

## 206 SECUNDA PARS

mo seminavit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus; cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & sit arbor, ita ut volucres celi veniant, & habitent in ramis eius.

II. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cœlorum fermento, quod accipiens mulier abscondit in farina satis tribus donec fermentatum est totum.

III. Hæc omnia locutus est IESVS in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis: ut impleretur quod dictum erat per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.

## MEDIT. LXIX.

*Ex Matth. 13. num. 44. ad 51.*

I. **Q**ui habet aures audiendi audiat. Simile est regnum cœlorum a thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit uisa quæ habet, & emit agrum illum.

II. Iterum: simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, quam cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes elegerunt bonos in vasorum malos

au-

autem foras miserunt. Sic erit in consummatione saeculi: exhibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus, & stridor dentium.

III. Intellixistis hæc omnia? dicunt ei: etiam. Ait illis: Ideo omnis Scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo noua, & vetera.

### N O T A E.

Iterum simile: particula iterum est verbum, non Christi, sed Evangelista, ac si diceret Iterum dixit.

Ideo omnis Scriba: Ad hunc finem usus sum parabolis, ut quemadmodum per similitudines à rebus notioribus sumptas, vos melius me intelligistis, ita & vos, & alij in decendo, qua ad regnum cœlorum pertinent, discatis ex veteribus, & notis rebus, nouam doctrinam, & noua mysteria populis declarare.

### M E D I T . L X X .

*Ex Matth. 13. num. 53. ad 58.*

*Marcii 6. num. 1. ad 7.*


I. **E**T factum est cum consummasset IESVS parolas istas, egressus

in-

inde, abiit in patriam suam, & sequebantur eum Discipuli sui, & veniens in patriam suam, facto Sabbato cœpit in Synagoga eorum docere, & multi audientes admirabantur in doctrina eius, ita ut dicerent: Vnde huic hæc omnia, & quæ est Sapientia, quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur?

II. Nonne hic est Fabri Filius, vs Martb. & vt Mar. Nonne hic est faber filius MARIAE, seu nonne mater eius dicitur MARIA, & fratres eius (*ideft consuetudinem Hebraicos*) Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas? & sorores eius nonne omnes hic apud nos sunt? vnde ergo huic omnia ista? & scandalizabatur in eo.

III. IESVS autem dixit eis. Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua, & non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabantur: & non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum, & circuibat Castella in circuitu docens.



M.L.

## MEDIT. LXXI.

*Ex Marci 6. num. 7. ad 16. Luc. 9.  
num. 1. ad 7.*

I. **C**onuocatis autem duodecim Apo-stolis coepit eos mittere binos, & dedit illis virtutem, & potestatem spirituum immundorum, & super omnia dæmonia, & ut languores curarent, & miserent eos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos, & ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, ut *Lucas*; seu nisi virgam tantum, ut *Marcus*; neque peram, neque panem, neque pecuniam in zona, neque duas tunicas habeatis, seu, ut *Marcus*. Sed calceatos sandalijs, & ne induerentur duabus tunicis.

II. Et dicebat illis: in quamcunque domum intraueritis, ibi manete donec exeat is inde, & quicunque non receperint vos, nec audierint vos; exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem excutite de pedibus vestris in testimonium supra illos.

III. Egressi autem circuibant per Ca-stella euangelizantes, & prædicabant ubique, ut poenitentiam agerent, & dæmonia multa ejiciebat, & vngabant oleo multos ergos, & sanabant.

M E.

## MEDIT. LXXII.

*Ex Matth. 14. n. 1. 2. & 6. ad 13.  
Marci 6. n. 14. ad 32, Luc. 9.  
num. 7. ad 11.*

I. **C**Vm dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui coenam fecit principibus, & tribunis, & primis Galileæ. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis in medium, & saltasset, & placuissest Herodi, simulq; recumbentibus, Rex ait pueræ: pete a me quod vis, & dabo tibi: & iurauit illi, quia quidquid petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei: Quæ cùm exisset, dixit matri suæ: Quid petam? at illa dixit: Caput Ioannis Baptiste. Cumque introisset statim cum festinatione ad Regem, *præmonita a matre* petiit dicens: Volo ut protinus desihi hic in disco caput Ioannis Baptiste.

II. Et contristatus est Rex: Propter iusurandum autem, & propter simul discubentes, noluit eam contristare, sed misso speculatori, præcepit afferri caput eius in disco, & decollavit Ioannem in carcere: & allatum est caput eius in disco, & dedit illud pueræ, & pueræ dedit matri suæ.

III. Quo audito Discipuli eius venerunt,

runt, & accedentes tulerunt corpus eius, & sepelierunt illud in monumento, & venientes nunciauerunt IESV, & reuersi, & conuenientes Apostoli ad IESVM renunciauerunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant; & ait illis: Venite seorsim in desertum locum, & requiescite pusillum, erant enim qui veniebant, & redibant multi, & nec spatiū manducandi habebant, & iascendentes in nauim abierunt in locum desertum seorsum: ita S. Marcus. At Matthæus narrato nuncio mortis, ac sepultura Baptista, quod sub reditum Apostolorum allatum fuit, subdit. Quod cum audiisset IESVS secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum, qui est Bethsaidæ, ut addit Lucas.

IV. In illo tempore audivit Herodes tetrarcha famam IESV ( manifestū enim factum est nomen eius) & omnia, quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eò, quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis, & ait pueris suis: Ioannem ego decollaui, quis est autem iste, de quo talia audio? Hic est Ioannes Baptista, quem ego decollaui; ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo: Alij autem dicebant, quia Elias est, seu apparuit; Alij autem, quia Propheta unus de antiquis Prophetis surrexit: Et quærebat, id est Herodes videre eum.

## N O T A.

*Ocassione miraculorum, qua faciebat IESVS per se, & Discipulos suos, & Apostolos super missos ad pradicandum, celebriorem famam de illo audiuit Herodes, & eadem occasione Evangelista narrant necem S. Ioannis Baptista paulò ante factam sub tempore Paschalis, ut docui in Chronologia Reformati libro 8.*

---

## MEDIT. LXXIII.

*Ex Matt. 14. n. 13. ad 23. Marc. 6.  
n. 33. ad 46. Luca 9. n. n. 11.  
ad 17. Ioannis 6. n. n. 1.  
ad 16.*

I. Post hæc abiit IESVS trans mare,  
quod est Tiberiadis; & viderunt  
eos abeuntes, & pedestres de omnibus  
ciuitatibus secutæ sunt eum turbæ, &  
concurrerunt illuc, & præuenerunt eos,  
& sequebatur cum multitudo magna,  
quia videbant signa, quæ faciebat super  
his, qui infirmabantur: & exceptit eos. &  
misertus est eis, quia erant sicut oves non  
habentes pastorem, & coepit illos dece-  
re multa, & loquebatur illis de regno  
Dei,

Dei, & eos, qui cura indigebant, sanabat,  
& curauit languidos eorum ; erat autem  
proximum Pascha dies festus Iudeorum.

II. Dies autem cœperat declinare, vespere autem factō, cum iam hora multa fieret, accesserunt ad eum duodecim Discipuli eius dicentes : Desertus est locus hic, & hora iam præteriit : dimitte turbas, ut eant in Castella villasq; quæ circa sunt diuertant, & inueniant, et emant sibi cibos quos manducent, quia hic in loco deserto sumus. IESVS autem dixit eis : non habent neceſſe ire, date illis vos manducare. *Sed ut distinxis Iordanes :* Cum subleuasset oculos IESVS, et vidisset quia multitudo magna venit ad eum, dicit ad Philippum, unde ememus panes, ut manducent hi ? Hoc autem dicebat tentans eum ; ipse enim sciebat, quid esset facturus. Respondit ei Philippus : Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unus quisq; modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex Discipulis suis Andreas frater Simonis Petri, est puer unus hic, qui habet duos panes hordeaceos, et duos pisces : sed hæc quid sunt inter tantos ? *alias autem dixit.* Nisi fortè nos eamus, et emamus in omnem hanc turbam escas : Qui ait eis afferte mihi illos huc.

III. Dicit ergo IESVS : facite homines discubere per conuiua, *sed contubernia* super viride fœnum ( erat autem fœ-

fœnum multum in loco) et ita fecerunt, et discubuerunt in partes per centenos, et quinquagenos viri numero quasi quinque millia. Acceptis autem quinque panibus, et duobus piscibus, respexit in cœlum, et cum gratias egisset, benedixit illis, et fregit panes, et dedit Discipulis suis, ut ponerent ante eos, et similiter duos pisces diuisit omnibus quantum volebant, Discipuli autem turbis, et manducauerunt omnes, et saturati sunt. Manducantium autem fuit numerus quinque millium virorum, exceptis mulieribus, et paruulis.

IV. Ut autem impleti sunt dixit Discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant; Collegerunt ergo, et sustulerunt reliquias duodecim copinos fragmentorum plenos, et de piscibus. Illi ergo homines cum vidissent quod IESVS fecerat signum, dicebant: quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. IESVS ergo, cum cognouisset, quia venturi essent, ut raperent eum, et facerent eum regem, statim compulit Discipulos suos ascendere nauiculam, et præcedere eum transfretum ad Bethsaida, donec ipse dimitteret turbas, et dimissa turba, fugit iterum, et ascendit in montem ipse solus orare. Vespere autem factò solus erat ibi.

## N O T Æ.

Ducentorum denariorum . Denarius denos aspes, valebat, seu unius Iulio Romano nostrati equinalebat .

Stadia vigintiquinque , id est milliarie 3  $\frac{1}{3}$ . si quidem Stadium erat pars octaua mil- liaris .

Circa quartam vigiliam : hora scilicet 9. noctis , seu 3. ante orum Solis , quamlibet enim noctem antiqui diuidebant in horas 12. Et harum ternas distribuebant vigilijs , seu custodij militaribus in castris : quare exactiss nouem horis nocturnis , dabatur signum quarta vigilia , et alijs succedebant ad custodiā castrorum .

## M E D I T . L X X I V .

*Ex Matt. 14. n. 24. ad 36. Marc. 6.*

*num. 47. ad 56. Ioan. 6.*

*nu. 16. ad 22.*

I. **V**T autem serò factum est , descendērunt Discipuli eius ad mare , et cum ascendissent nauem , venerunt trans mare in Capharnaum , et tenebræ iam factæ erant , et non venerat ad eos IESVS , et erat nauis in medio mari , et ipse solus in terra . Mare autem vento

ma-

## 216. SECUNDA PARS

magnō flante exurgebat : nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus, et videns eos laborantes in rimigando (erat enim ventus contrarius eis) cum remigassent, quasi stadia vigintiquinque, aut triginta, circa quartam vigiliam noctis, venit ad eos ambulans super mare, et volebat præterire eos : et vident IESVM ambulantem super mare : et proximum naui fieri, at illi ut viderunt putauerunt phantasma esse timuerunt, turbati sunt, et præ timore exclamauerunt. Statimq; IESVS locutus est eis dicens : Habete fiduciam, ego sum, nolite timere.

II. Respondens autem Petrus dixit : Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait : Veni, et descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquam, ut veniret ad IESVM. Videns verò ventum validum, timuit, et cum coepisset mergi, clamauit dicens : Domine saluum me fac. Et continuò IESVS extendens manum apprehendit eum, et ait illi : Modicæ fidei quare dubitasti ?

III. Voluerunt ergo accipere eum in nauim, et ascendit ad illos in nauim, et cùm ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, et adorauerunt eum dicentes : Verè filius Dei es : *Quidam verò ut habet Marcus*; plus magis intra se stupebant, non enī intellexerunt de panibus; erat enim cor eorum obcæcatum.

Et

IV. Et statim nauis fuit ad terram, ad quam ibant: & cum transfretassent, venerunt ad terram Genezareth, & applicuerunt: cumque egressi essent de naui continuò cognouerunt eum viri loci illius, & miserunt percurrentes vniuersam regionem illam, & coeperunt in grabatis eos, qui se malè habebant, circumferre ubi audiebant eum esse, & obtulerunt ei; Et quocunq; introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos; & deprecabantur eum, ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent: & quicunq; tetigerunt, salui facti sunt.

---

## MEDIT. LXXV.

Ex Ioannis 6. num. 22. ad 34.

I. **A**lera die turba, quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi una, & quia non introi-  
set cum Discipulis suis IESVS in nauim,  
sed soli Discipuli eius abiissent: aliae vero  
superuenerunt naves à Tiberiade iuxta  
locum, ubi manducauerant panem, gra-  
tias agentes Domino. Cum ergo vidisset  
turba, quia IESVS non esset ibi, neque  
Discipuli eius, ascenderunt in nauiculas,  
& venerunt Capharnaum quærentes IE-  
SVM, & cum inuenissent eum trans mare  
dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti?

K

Re-

**R**espondit eis IESVS, & dixit: Amen  
amen dico vobis: queritis me, non quia  
vidistis signa, sed quia manducasti ex  
panibus, & saturati estis. Operamini  
non cibum qui perit, sed qui permanet  
in vitam æternam, quem Filius hominis  
dabit vobis: hunc enim Pater signauit  
Deus.

**I**. Dixerunt ergo ad eum. Quid fa-  
ciemus, ut operemur opera Dei? Respo-  
dit IESVS, & dixit eis: Hoc est opus Dei,  
ut credatis in eum, quem misit ille. Dix-  
erunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum,  
ut videamus, & credamus tibi? Quid ope-  
raris? Patres nostri manducauerunt man-  
na in deserto sicut Scriptura est: Panem  
de Cœlo dedit eis manducare.

**II**. Dixit ergo eis IESVS. Amen  
amen dico vobis: Non Moyses dedit vo-  
bis panem de cœlo, sed Pater meus dat  
vobis panem de cœlo verum. Panis enī  
Dei, est qui descendit de cœlo, & dat vi-  
tam mundo. Dixerunt ergo ad eum.  
Dominne, semper da nobis panem hunc.

### N O T A.

Signauit Deus, seu ex Graco signillauit,  
sive characterem, & figuram substantia sua  
producendo, sive humanitati uniendo, & tan-  
quam metallo, aut cera inferiori imprimendo  
divinam naturam, ut SS. Augustinus, &  
Hilarius; sive miraculis, & voce de cœlo, tan-  
quam

quam sigillo firmans, & confirmans me filium ipsius esse, ut Chrysostomus.

---

## MEDIT. LXXVI.

Ex Ioannis 6. num. 35. ad 43.

I. **D**ixit autem eis IESVS; ego sum panis vita: qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam, sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis.

II. Omne quod dat mihi Pater ad me veniet: & cum qui venit ad me, non ejiciam foras: quia descendit de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.

III. Hæc est autem voluntas eius, qui misit me, Patris, ut omne quod dedit mihi: non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me, ut omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo illum in nouissimo die.

IV. Murmurabant ergo de illo Iudei; quia dixisset: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit. Et dicebant: Nonne hic est IESVS filius Ioseph, cuius nos nūimus Patrem, & Matrem? Quomodo ergo dicit hic: quia de cœlo descendit?

---

*MEDIT. LXXVII.**Ex Ioannis 6. num. 44. ad 53.*

I. **R**Espondit ergo IESVS, & dixit eis:  
Nolite murmurare in inuicem :  
nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui  
misit me, traxerit eum , & ego resuscita-  
bo eum in nouissimo die.

II. Est scriptum in Prophetis: Et erunt  
omnes docibiles Dei : Omnis qui audit  
à Patre, & didicit , venit ad me. Non  
quia Patrem vedit quisquam , nisi is qui  
est a Deo, hic vedit Patrem .

III. Amen amen dico vobis : Qui  
credit in me habet vitam æternam .  
Ego sum panis vitæ . Patres vestri man-  
duauerunt manna in deserto , & mor-  
tui sunt . Hic est panis de cœlo descen-  
dens , vt si quis ex ipso manducet , non  
moriatur .

IV. Ego sum panis viuus, qui de cœlo  
descendi , si quis manduauerit ex hoc  
pane , viuet in æternum : & panis quem  
ego dabo , caro mea est pro muadi  
vitæ .



## MEDIT. LXXVIII.

Ex Ioannis 6. num. 53. ad 64

I. **L**itigabant ergo Iudei ad inuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis IESVS. Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis; Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo illum in nouissimo die.

II. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me.

III. Hic est panis, qui de Cœlo descendit: Non sicut manducauerunt patres vestri manna in deserto, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivit in æternum.

IV. Hæc dixit in Synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes, ex Discipulis eius dixerunt. Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Sciens autem IESVS apud semetipsum, quia

murmurarent de hoc Discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam: verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt.

## N O T A.

*Si ergo videritis Filium hominis ascendentem, &c. Si non creditis me descendisse de Cælo, quid facietis tunc quando me videbitis ascendenter in Cælum?*

---

## MEDIT. LXXIX.

*Ex Ioannis 6. num. 65. ad 72.*

I. **S**ed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio IESVS, qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum: Et dicebat proprie-  
ta dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre  
meo.

II. Ex hoc multi Discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo IESVS ad duodecim. Nunquid, & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitae æternæ ha-  
bes. Et nos credimus, & cognovimus,  
quia

quia tu es Christus Filius Dei.

III. Respondit eis IESVS. Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis unus diabolus est? Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem: Hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

## N O T A.

*His absolutis succedit Tertium Pascha, quod incidit in feriam 2. diemq; 14. Aprilis, ut docui in Chronologia Reformata, labente anno 32. Aetatis Christi, sed huic Paschatur non interfuit Christus, ut cum plerisque ex ipso contextu Evangeliorum deduximus. Celebato autem eo, quidam reuersi ab Ierosolymis in Galileam ad eum conuenerunt de quibus mox.*

---

## MEDIT. LXXX.

*Ex Matt. 15. nu. 1. ad 20. Marci 7.  
num. 1. ad 23.*

I. ET conuenerunt ad eum Pharisei, & quidam de Scribis venientes ab Ierosolymis, & cum vidissent quosdam ex Discipulis eius communibus manibus, inde non loris, manducare panes, vituperauerunt. Pharisei enim, & omnes Iudei, nisi crebro lauerint manus, non

fœnum multum in loco) et ita fecerunt, et discubuerunt in partes per centenos, et quinquagenos viri numero quasi quinque millia. Acceptis autem quinque panibus, et duobus piscibus, respexit in cœlum, et cum gratias egisset, benedixit illis, et fregit panes, et dedit Discipulis suis, ut ponerent ante eos, et similiter duos pisces diuisis omnibus quantum volebant, Discipuli autem turbis, et manducauerunt omnes, et saturati sunt. Manducantium autem fuit numerus quinque millium virorum, exceptis mulieribus, et paruulis.

IV. Ut autem impleti sunt dixit Discipulis suis: Colligit quæ superauerunt fragmenta, ne pereant; Collegerunt ergo, et sustulerunt reliquias duodecim copinos fragmentorum plenos, et de piscibus. Illi ergo homines cum vidissent quod IESVS fecerat signum, dicebant: quia hic est verè Propheta, qui venturus est in mundum. IESVS ergo, cum cognouisset, quia venturi essent, ut raperent eum, et facerent eum regem, statim compulit Discipulos suos ascendere nauiculam, et præcedere cum transfretum ad Bethsaida, donec ipse dimitteret turbas, et dimissa turba, fugit iterum, et ascendit in montem ipse solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi.

## N O T Æ.

Ducentorum denariorum. Denarius denos asse, valebat, seu unius Iulio Romano nostrasi equinalebat.

Stadia vigintiquinque, id est milliarie  $3 \frac{1}{3}$ . si quidem Stadium erat pars octaua milliaris.

Circa quartam vigiliam: hora scilicet 9. noctis, seu 3. ante ortum Solis, quamlibet enim noctem antiqui diuiniebant in horas 12. Et harum ternas distribuebant vigiliis, seu custodis militaribus in castris: quare exactiss nouem horis nocturnis, dabatur signum quarta vigilia, et alijs succedebant ad custodiā castrorum.

## M E D I T . L X X I V .

*Ex Matt. 14. n. 24. ad 36. Marc. 6.*

*num. 47. ad 56. Ioan. 6.*

*nu. 16. ad 22.*

I.- **V**T autem serò factum est, descendērunt Discipuli eius ad mare, et cum ascendissent nauem, venerunt trans mare in Capharnaum, et tenebræ iam factæ erant, et non venerat ad eos IESVS, et erat nauis in medio mari, et ipse solus in terra. Mare autem vento

M 2-

## 216. SECUNDA PARS

magno flante exurgebat : nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus, et videns eos laborantes in rimigando (erat enim ventus contrarius eis) cum remigassent, quasi stadia vigintiquinque, aut triginta, circa quartam vigiliam noctis, venit ad eos ambulans super mare, et volebat præterire eos : et vident IESVM ambulantem super mare : et proximum naui fieri , at illi ut viderunt putauerunt phantasma esse timuerunt , turbati sunt, et præ timore exclamauerunt . Statimq; IESVS locutus est eis dicens : Habete fiduciam, ego sum, nolite timere .

II. Respondens autem Petrus dixit : Domine , si tu es , iube me venire ad te super aquas. At ipse ait : Veni, et descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquam , ut veniret ad IESVM . Videns verò ventum validum , timuit , et cum coepisset mergi , clamauit dicens : Domine saluum me fac . Et continuò IESVS extendens manum apprehendit eum , et ait illi : Modicæ fidei quare dubitasti ?

III. Voluerunt ergo accipere eum in nauim , et ascendit ad illos in nauim , et cùm ascendisset in nauiculam , cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt , et adorauerunt eum dicentes : Verè filius Dei es : *Quidam verò ut habet Marcus* ; plus magis intra se stupebant, non enī intellexerunt de panibus; erat enim cor eorum obcæcatum .

Et

¶ IV. Et statim nauis fuit ad terram , ad quam ibant : & cum transfretasset , ve- nerunt ad terram Genezareth , & appli- cuerunt : cumque egressi essent de naui continuò cognoverunt eum viri loci il- lius , & miserunt percurrentes vniuersam regionem illam , & cœperunt in grabatis eos , qui se malè habebant , circumferre vbi audiebant eum esse , & obtulerunt ei ; Et quocunq; introibat in vicos , vel in villas , aut ciuitates , in plateis ponebant infirmos ; & deprecabantur eum , ut vel fimbriam vestimenti eius tangerent : & quicunq; tetigerunt , salui facti sunt .

---

## MEDIT. LXXV.

Ex Ioannis 6. num. 22. ad 34.

I. **A**lera die turba , quæ stabat trans mare , vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi una , & quia non introi- set cum Discipulis suis IESVS in nauim , sed soli Discipuli eius abiissent : aliæ vero superuenerunt naves à Tiberiade iuxta locum , vbi manduauerant panem , gra- tias agentes Domino . Cùm ergo vidisset turba , quia IESVS non esset ibi , neque Discipuli eius , ascenderunt in nauiculas , & venerunt Capharnaum quærentes IESVM , & cùm inuenissent eum trans mare dixerunt ei : Rabbi , quando huc venisti ?

K

Re-

## 218 SECUNDA PARS

Respondit eis IESVS, & dixit: Amen  
amen dico vobis: queritis me, non quia  
vidistis signa, sed quia manducastis ex  
panibus, & saturati estis. Operamini  
non cibum qui perit, sed qui permanet  
in vitam æternam, quem Filius hominis  
dabit vobis: hunc enim Pater signauit  
Deus.

II. Dixerunt ergo ad eum. Quid fa-  
ciemus, ut operemur opera Dei? Respō-  
dit IESVS, & dixit eis: Hoc est opus Dei,  
ut credatis in eum, quem misit ille. Dixe-  
runt ergo ei: Quod ergo tu facis signum,  
ut videamus, & credamus tibi? Quid ope-  
raris? Patres nostri manducauerunt man-  
na in deserto sicut Scriptura est: Panem  
de Cœlo dedit eis manducare.

III. Dixit ergo eis IESVS. Amen  
amen dico vobis: Non Moyses dedit vo-  
bis panem de cœlo, sed Pater meus dat  
vobis panem de cœlo verum. Panis enim  
Dei, est qui descendit de cœlo, & dat vi-  
tam mundo. Dixerunt ergo ad eum.  
Domine, semper da nobis panem hunc.

## N O T A.

Signauit Deus, seu ex Graco sigillauit,  
sue characterem, & figuram substantia sua  
producendo, seu humanitati uniendo, & tan-  
quam metallo, aut cere inferiori imprimendo  
divinam naturam, ut SS. Augustinus, &  
Hilarius; seu miraculis, & voce de cœlo, tan-  
quam

*quam sigillo firmans, & confirmans me filium ipsius esse, ut Chrysostomus.*

---

## MEDIT. LXXVI.

Ex Ioannis 6. num. 35. ad 43.

I. **D**ixit autem eis IESVS; ego sum panis vitæ: qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me. non sicuter unquam, sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis.

II. Omne quod dat mihi Pater ad me veniet: & eum qui venit ad me, non ejiciam foras: quia descendì de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.

III. Hæc est autem voluntas eius, qui misit me, Patris, ut omne quod dedit mihi: non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me, ut omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo illum in nouissimo die.

IV. Murmurabant ergo de illo Iudei; quia dixisset: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendì. Et dicebant: Nonne hic est IESVS filius Ioseph, cuius nos nūimus Patrem, & Matrem? Quoniodē ergo dicit hic: quia de cœlo descendì?

---

*MEDIT. LXXVII.**Ex Ioannis 6. num. 44. ad 53.*

I. **R**espondit ergo IESVS, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem: nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.

II. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei: Omnis qui audit à Patre, & didicit, venit ad me. Non quia Patrem vidi quisquam, nisi is qui est a Deo, hic vidi Patrem.

III. Amen amen dico vobis: Qui credit in me habet vitam æternam. Ego sum panis vita. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducet, non moriatur.

IV. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendit, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.



ME-

---

*MEDIT. LXXVIII.**Ex Ioannis 6. num. 53. ad 64.*

I. **L**itigabant ergo Iudei ad inuicem dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo eis IESVS. Amen amēp dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis; Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo illum in nouissimo die.

II. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me.

III. Hic est panis, qui de Cœlo descendit: Non sicut manducauerunt patres vestri manna in deserto, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuit in æternum.

IV. Hæc dixit in Synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes, ex Discipulis eius dixerunt. Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Sciens autem IESVS apud semetipsum, quia

## 222 SECUNDA PARS

murmurarent de hoc Discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quidquam: verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus, & vita sunt.

## N O T A.

*Si ergo videritis Filium hominis ascendentem, &c. Si non creditis me descendisse de Cælo, quid facietis tunc quando me videritis ascendente in Cælum?*

---

## MEDIT. LXXIX.

*Ex Ioannis 6. num. 65. ad 72.*

I. **S**ed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio IESVS, qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum: Et dicebat proprie-  
ta dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.

II. Ex hoc multi Discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo IESVS ad duodecim. Nunquid, & vos vultis abire? Respondebat ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. Et nos credimus, & cognouimus,  
quia

quia tu es Christus Filius Dei.

III. Respondit eis IESVS. Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis unus diabolus est? Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem: Hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

## N O T A.

*His absolutis succedit Tertium Pascha, quod incidit in feriam 2. diemq; 14. Aprilis, ut docui in Chronologia Reformatâ, labente anno 32. Aetatis Christi, sed huic Paschâ non interfuit Christus, ut cum plerisque ex ipso contextu Evangeliorum deduximus. Celebrauit autem et, quidam reuersi ab Ierosolymis in Galileam ad eum conuenerunt de quibus mox.*

---

## MEDIT. LXXX.

*Ex Matt. 15. nu. 1. ad 20. Marci 7.  
num. 1. ad 23.*

I. ET conuenerunt ad eum Pharisei, & quidam de Scribis venientes ab Ierosolymis, & cum vidissent quosdam ex Discipulis eius communibus manibus, inde non loris, manducare panes, vituperaverunt. Pharisei enim, & omnes Iudei, nisi crebro lauerint manus, non

manducant, tenentes traditionem seniorum. Et à foro nisi baptizentur, non comedunt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicium, & vrceorum, & æramentorum, & lectorum. Tunc accesserunt ad eum Scribæ, & Pharisei, & interrogabant eum: Quare Discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum; non enim lauant manus suas cum panem manducant, sed communibus manibus manducant panem? At ille respondens dixit eis: Quare, & vos transgredimini mandatum Dei, ut traditionem vestram seruetis? Nam Deus dixit, *seu* Moyses, *ut habeat Marc.* Honora patrem tuum, & matrem tuam, & qui maledixerit patri, vel matri, morte mortiatur: Vos autem dicitis: quicunque dixerit patri, vel matri corban (quod est donum) *seu* munus quocunque est ex me, tibi proderit, & non honorabit patrem suum, & matrem suam; & ultra non dimittitis eum quidquam facere patri suo, aut matri, rescedentes verbum Dei propter traditionem vestram quam tradidistis, & similia huiusmodi multa facitis.

II. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis hypocritis Isaias, dicens sicut scriptum est: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. In vanum autem, *seu* sine causa me conjunt, docentes doctrinas, & mandata ho-

hominum. Relinquentes enim mandata Dei, tenetis traditiones hominum ; baptisnata vrceorum, & calicum, & alia similia his facitis multa.

III. Et aduocans iterum turbas dixit eis : Audite me omnes, & intelligite: Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquicare, *seu ut Matth.* non quod intrat in os coinquat hominem, sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ communicant hominem : Si quis habet aures audiendi audiat : *seu ut Matth.* Quod procedit de ore hoc coinquat hominem. Tunc accedentes Discipuli eius dixerunt ei : Scis quia Pharisæi auditio verba hoc, scandalizati sunt ? At ille respondens ait : omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur : finite illos, cœci sunt, & duces cœcorum : cœcus autem si cœco datum præstet ambo in foueam cadunt.

IV. Et cum introissent in domum à turba, interrogabant eum Discipuli eius, *seu ut habet Matthæus de Petro nomine aliorum loquente:* Respondens Petrus dixit ei: Edistere nobis parabolam istam . At ille dixit. Adhuc, & vos sine intellectu estis ? *seu sic & vos imprudentes estis ?* Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare, *seu coinquicare*, quia omne quod in os intrat, non intrat in cor eius, sed in ventrem yadit, & in secessum emit-

## 226 SECUNDA PARS

erit, purgans omnes escas? Quæ autem procedunt de ore , de corde exēunt , & ea coinquiant hominem. Ab intus enim de corde exēunt , & procedunt cogitationes malæ . homicidiz , adulteria , fornicationes , furta , falsa testimoniz , blasphemiz , auaritiz , nequitiz , dolus , superbia , stulticia . Omnia hæc mala ab intus procedunt , & hæc sunt quæ coinquiant hominem. Non ictis autem in omnibus manducare , non inquinat hominem.

## N O T A.

**C**orban videlicet Munus , vel Donum : quia iam hoc donauis Deo , seu misi , aut definiens ad Corbanam , locum ubi affornabuntur pecuniae , & alia Deo donata.

Quodcumque ex me , tibi proderit , ac si dicere , quidquid Deo donavi , proderis etiam tibi ad placandum illum , & impetrandum , ut tibi aliunde subueniatur in necessitatibus , nec possum tibi sine sacrilegio subuenire ex iam donatis Deo ; sic enim Pharisæi decebant filios , cum tamen Deus velic subuenire posset magna necessitate parentum , quam ex supererogatione donari complis.



M.L.

## MEDIT. LXXXI.

Ex Matth. 15. num. 21. ad 31.

Marc. 7. nu. 24 ad 31.

I. ET surgebas, & egressus IESVS inde,  
**E** secessit in fines Tyri, & Sidonis,  
& ingressus domum, neminem voluit sci-  
re, & non potuit latere. Misereremur  
Gentilis Syrophœnissa genere Chananea,  
cuius filia habebat spiritum immondum,  
statim ut audiuit de eo à finibus illis e-  
gressa, intravit, & clamavit dicens ei.  
Miserere mei Domine fili David; filia  
mea malè à Dæmonio vexatur. Qui non  
respondit ei verbum: & accedentes Di-  
scipuli eius, rogabant eum dicentes: Di-  
mitte eam, quia clamat post nos ipse-  
sautem respondens ait: Non sum missus  
vobis ad oves, quæ perierunt domus Israel.

II. At illa venit, & procidit ad pedes  
eius, & adorauit eum dicens: Domine  
adiuua me. Qui respondens ait: Sine  
prius saturari filios: non est enim bonus  
sumere panem filiorum, & mittere cani-  
bus. At illa respondit, & dixit ei etiam,  
sicut utique Domine: nam & catellis co-  
medunt sub meosa de mensa puerorum  
quæ cadunt de mensa dominorum suorum.  
Tuas respondens IESVS ait illi:

K 6

O mis-

## 228 SECUNDA PARS

O mulier magna est filies tua: propter hunc sermonem haec tibi sicut vis, vadere exiit dæmonium a filia tua. & sanata est filia eius ex illa hora. Et cum abiisset dominum suam, inuenit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium ex iisse.

III. Et iterum exiens IESVS de finibus Tyri, cum transisset inde venit per Sidonem secus mare Galileæ inter medios fines Decapoleos, & ascendens in montem sedebat ibi; et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum multos, cæcos, claudos, debiles, et alios multos, et proiecerunt eos ad pedes eius, et curauit eos, ita ut turbæ mirarentur vi-dentes mutos loquentes, claudos ambulan tes, cæcos videntes, et magnificabant Deum Israel.

## N O T A E.

*Chananæa, una scilicet ex posteris Chamnam, fili Cham. & nepotis Noe, qui habitarunt in ea regione, ut constas ex cap. 13. Numerorum.*

Non sum missus, etc. Scilicet ad prædicandum personaliter, & immediate, nisi ad Iudeos.

Etiam Domine nam, etc. Ac si diceret: verissimum est non dandum panem filiorum canibus, at enim ( sic enim versi potuit ex Graco nayzæp aduersariuè, non copularinè) caselli, &c, ego autem non peto panem, sed

mī.

*micas, & minimam ex tuis gratijs, tibi enim pro minimo est liberare filiam meam à demone.*

---

**MEDIT. LXXXII.**

*Ex Marci 7. nu. 32. ad 37. & c. 8.*

*num. 1. ad 10. Matth. 15.*

*num. 32. ad 39.*

I. **E**'T adducunt ei surdum, & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum, & apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius, & expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cœlum ingemuit, & ait illi: Ephetha, quod est adaperire: & statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè, & præcepit illis ne cui diceant. Quanto autem eis præcipiebat, tam magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

II. IESVS autem in diebus illis cum turba multâ esset, nec haberent quod manducarent, conuocatis Discipulis suis, ait illis: Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me, & perseuerant mecum, nec habent quod manducent,

## 230 SECUND A PARS

cent, & dimittere eos ieiunos nolo: &  
si dim. fero eos ieiunos in domum suam,  
deficient in via, quidam enim ex eis de-  
longe venerunt.

III. Et responderunt ei Discipuli eius:  
vnde ergo nobis in deferto panes tantos,  
ut saturemus turbam tantam? vnde illos  
quis poterit saturare panibus in solitu-  
dine? Et interrogavit eos IESVS: Quot  
panes habetis? At illi dixerunt: septem,  
& paucos pisces, & præcepit turbæ,  
ut discumberent super terram: & acci-  
piens septem panes, & pisces, & gratias  
agens, frigat, & dedit Discipulis suis, ut  
apponenter, & Discipuli apposuerunt  
turbæ, sicut dederunt populo, & habebant  
pisces paucos: & ipsos benedixit, &  
iussit apponi, & manducauerunt omnes,  
& saturati sunt, & sultulerunt, quod su-  
perauera de fragmentis septem portas  
plenas. Erant autem qui manducaue-  
sant quatuor millia virorum, extra pan-  
culos, & mulieres. Et dimissa turba  
ascendit in naviculam cum Discipulis  
suis: & venit in fines Magedao, seu in  
partes Dalmaticha.

## N O T A.

Ephetha, Syrochaldæi significat Ap-  
pice: Imperius modi.

Magedao Graecè est Maydala; ut S. Hiero-  
nimus sic Magedoniam regionem sive ul-

ETC

*tra mare Galilæ prope Gerasas; in certum an-*  
*tem an Dalmatutha, sive Synonymum Ma-*  
*gedon, an locus ei confnis.*

---

## MEDIT. LXXXIII.

*Ex Matt. 16. nro. 1. ad 12. Marci 8.*  
*num. 11. ad 26.*

I. ET exierunt, & accesserunt ad eum  
**E** Pharisæi, & Sadducæi, tentantes  
 eum, & rogauerunt eum, vt signum de  
 cœlo ostenderet eis: At ille ingemiscens  
 spiritu, & respondens ait illis. Facto ve-  
 spere dicitis: serenum erit, rubicundum  
 est enim cœlum, & manè: Hodie tem-  
 pestas; rutilat enim triste cœlum: faciem  
 ergo cœli disjudicare nostis, signa autem  
 temporum non potestis scire? Quid ge-  
 neratione ista signum querit? Amen dico  
 vobis si dabitur generationi isti signum.  
 Generatio mala & adultera signum quo-  
 rit, & signum non dabitur ei nisi signum  
 Ionæ prophetæ, & relictis illis ascendit  
 iterum nauim. & abiit transfretum.

II. Et cum venissent Discipuli eius  
 transfretum oblii sunt panes accipere,  
 & nisi vnum panem non habebant secum  
 in naui. Et præcipiebat eis dicens: Vi-  
 date, & cauete à fermento Pharisæorum,  
 & Sadducæorum, & fermento Herodis,

At

At illi cogitabant intra se dicentes ad alterutrum: Quia panes non accepimus. Sciens autem IEsVs dixit eis: Quid cogitatis intra vos modicæ fidæ i quia panes non habetis? Nondum cognoscitis, nec intelligitis? Adhuc cæcum habetis corpus etrem? Oculos habentes non videntis? & aures habentes non auditis? nec recordamini quando quinque panes fregi in quinque milia hominum. & quot copiosos fragmentorum plenos sustulisti? Dicunt ei Duodecim: quando & septem panes in quatuor milia, quo spumas fragmentorum tulisti? & dicunt: Septem: & dicebat eis: Quomodo non intelligitis, quia non de pane dixi vobis? Cauete à fermento Pharisæorum, & Sadducæorum. Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cauete à fermento panum; sed à doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum.

III. Et veniunt Bethsaïdam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum, ut illum tangeret: & apprehensa manu cæci eduxit eum extra vicum, & expuens oculos: eius impositis manibus suis interrogavit eum, si quid videret. Et aspiciens ait. Video homines, velut arbores ambulantes. Deinde iterum impo- suit manus super oculos eius: & coepit videre, & restitutus est, ita ut videret omnia, & dimisit illum in domum suam dicens, vade in domum tuam: & si in vicum introieris, nemini dixeris.

NO-

## N O T A E.

*Signum Iona, id est signum resurrectionis mea simile Iona ex ventre ceti quasi resuscitatis.*

A fermento, &c. à doctrina peruersa Pharisaeorum, Sadduceorum, & Herodiansorum, qua erant tres secta in Iudea prava dogmata veris admiscentes.

---

## MEDIT. LXXXIV.

*Ex Matt. 16 n. 13. ad 20. Marc. 8.  
num. 27. ad 30. Luca 9.  
num. 18. ad 21.*

**L**E<sup>T</sup> egressus IESVS, venit in Castellia Cæsarea Philippi, & factum est cum solus esset orans, erant cum illo, & Discipuli, & in via interrogabat Discipulos suos dicens: Quem me Filium hominis esse dicunt homines, *seu* turbæ. At illi responderunt dicentes: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiam, alij verò, quia quasi unus de prophetis prioribus surrexit.

**II.** Tunc dicit illis IESVS; Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit. Tu es Christus Filius Dei viui. Respondens autem IESVS dixit ei: Bea-

**Beatus es Simon Bar-Iona ; quia caro, & sanguis non revulavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est.**

**III. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & supra hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non prævalebunt aduersus eam.**

**¶ IV. Et tibi dabo claves regni Cœlorum : & quodcumque ligaueris super terram ; erit ligatum, & in cœlis ; & quodcumque solueris super terram , erit solutum & in cœlis. Tunc præcepit Discipulis suis, & comminatus est eis, ut nemini dicerent, quia ipse esset IESVS Christus.**

### N O T A E.

**Cæsarea Philippi, alius Dan, & Paneada, posita à Philippe secrarcha instaurata prope Libanum fonsq; Jordanis.**

**Bar-Iona, id est filij Iona, sive Iouannis.**

**Vt nemini dicerent, nam ipsis permisit tantum predicare paenitenciam, &c. ac propagandam dogmaris, quod ipse esset Filius Dei, & Messias reseruauit sibi. Apostolis autem ad tempus Pentecostes, interim enim, saevis erat Iudeis id colligere ex Scripturis, & ex verbis eius, ac miraculis.**



**M.E.**

MEDIT. LXXXV.

*Ex Matt. 16. n. 21. ad 28. Marc. 9.  
num. 31. ad 39. & c. 9. nu. 1.  
Luc. 9. nu. 22. ad 27.*

I. ET inde coepit IESVS docere, & ostendere Discipulis suis, quia oportet Filium hominis ire in Ierusalem, & cum multa pati, & reprobari a Seniabus, & Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi, & post tres dies, seu terua die resurgere, & palam verbum loquebatur, & apprehendens, seu affumens eum Petrus, coepit increpare illum dicens: Absit a te Domine: non erit tibi hoc. Qui conuersus, & videns Discipulos suos, comminatus est Petro dicens: Vade retro post me Satana, scandalum es mihi: Quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea quæ sunt hominum.

II. Et conuocata turba cum Discipulis suis dixiteis: si quis vult me sequi, post me venire: abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me? Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam: Qui autem perdiderit animam suam propter me, & Euangelium, salvam faciet illam.

III. Quid enim prodest, seu proderis ho-

homini , si vniuersum mundum lucretur,  
se autem ipsum perdat, & à animæ suæ de-  
trimentum faciat, sèù patiatur? Aut quam  
dabit homó commutationem pro anima  
sua ? Filius enim hominis venturus est in  
gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc  
reddet vnicuique secundùm opera eius;  
Nam qui me erubuerit , & meos sermo-  
nes, in generatione ista adultera, & pec-  
catrice ; & Filius hominis erubescet huc,  
cùm venerit in maiestate sua , & Patris,  
& Sanctorum Angelorum .

IV. Et dicebat illis: Amen dico vo-  
bis , quia sunt quidam de hic stantibus,  
qui non gustabunt mortem , donec vi-  
deant Filium hominis venientem in re-  
gno suo , ut Matth. seu donec videant re-  
gnum Dei veniens in virtute , ut Marc.  
& Luc.

### N O T A .

Sunt quidam de hic stantibus , qui non  
gustabunt mortem , &c. Nempe Petrus, Ia-  
cobus , & Ioannes , quibus mox in Transfigu-  
ratione sui specimen illius gloria ostensurus  
erat, qua venturus est, & regnaturus in regno  
Dei; hoc enim viso, facilius tolerabunt immò,  
& approbabūt tum mortem meam, tum suam,  
ad quam pro salute sua ferendam , exemplo  
paucis ante illos horratis sum .

## MEDIT. LXXXVI.

*Ex Matth. 17. nu. 1 ad 13. Marc. 9.  
num. 2. ad 14. Luca 9.  
nu. 28. ad 30.*

I. Factum est autem, post hæc verba fere dies octo, ut habeat Lucas computatis, & inclusis terminis, seu post dies sex, ut Matth. & Marc. non inclusis terminis, afflumpsit IESVS Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & duxit illos solos in montem excelsum seorsum, & ascendit in montem, ut oraret: & transfiguratus est coram ipsis, & facta est dum oraret species vultus eius altera, & resplenduit facies eius sicut Sol; vestimenta autem eius facta sunt splendentia, & candida nimis sicut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere, seu ut Lucas, vestitus eius albus, & resfulgens. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias viri in Maiestate cum eo loquentes, et dicebant excessum, quem completurus erat in Ierusalem.

II. Petrus verò, et qui cum illo erant, grauati erant somno, et euigilantes viderunt maiestatem eius, et duos viros qui stabant cum illo: Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad IESVM: Do-

## 238 SECUNDA PARS

Domine, *sicut* Preceptor bonum est nos hic esse, uis faciamus hic tria tabernacula, Tibi unum, et Moyse unum, et Elize unum. Non enim sciebat quid diceret, erant enim timore exterriti.

III. Adhuc eo loquente: Ecce facta est nubes lucida, et obumbravit eos, et timuerunt intrantibus illis in nubem. Et ecce facta est vox de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus, *sicut* charissimus, ipsum audite: et audientes Discipuli ceciderunt in faciem suam, et timuerunt valde. Et accessit IESVS, et tetigit eos, dixitq; eis: surgite nolite timere: et statim leuantes oculos suos, et circumspicientes, neminem amplius viderunt, nisi solum IESVM secum.

IV. Et descendantibus illis de monte præcepit illis IESVS dicens: nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat, et ipse tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quæ viderant, et verbum continebunt apud se: conquirentes quid esset cum a mortuis resurrexerit. Et interrogauerunt eum Discipuli dicentes: Quid ergo dicunt Pharisæi, et Scribæ, quod Eliam oportet primum venire? At ille respondens, ait illis: Elias quidem venturus est, et cum venerit primo, restituet omnia; sed dico vobis, quia et Elias iam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt illi quæcumque voluerunt, sic, et

¶

Filius hominis passurus est ab eis, sicut scriptum est. Tunc intellexerunt Discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis.

## N O T A E.

In Montem excelsum: fere traditio est  
fuisse montem Tabor, qui est, ut ait S. Hieronymus. Mira rotunditate sublimis, di-  
stantis à Dioceſarea decem millibus con-  
tra Orientalem plagam.

Dicebant excessum: Gracē Exodūm, seu  
mortem, & exitum ab hac via.

## M E D I T . LXXXVII.

*Ex Matt. 17. n. 14. ad 20. Marc. 9.*

*num. 14. ad 29. Luc. 9.*

*num. 37. ad 42.*

I. Factum est autem in sequenti die  
descendentibus illis de monte,  
occurrit ei turba multa, & veniens ad  
Discipulos suos, vidi turbam magnam  
circa eos, et Scribas conquirentes cum  
illis. Et confessim omnis populus videns  
IESVM stupefactus est, et expauerunt, et  
accurrentes salutabant eum, et interro-  
gauit eos. Quid inter vos conquiritis?  
Et ecce unus homo de turba, accessit ad  
eum genibus prouolutus ante eum, &

c x-

exclamauit dicens: Domine miserere filio meo, *seu* Magister obsecro respice in filium meum, quia vnicus est mihi, et unicus est, et ecce Spiritus immundus apprehendit illum, qui vbi cunque eum apprehenderit allidit illum, et subito clamat, et stridet dentibus, et dissipat eum cum spuma, et saepe cadit in ignem, et arescit, et crebro in aquam; et vix discedit dilanians eum: et rogaui Discipulos tuos, ut ejicerent illum, et non potuerunt curare eum.

II. Respondeas autem IESVS dixit eis: O' generatio incredula, et peruersa; Quamdiu apud vos ero, usquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me, et attulerunt eum: et cum accederet, et vidisset eum, statim spiritus conturbauit illum, et illisit illum, et clausus in terram voltabatur spumans. Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: ab infante, et frequenter eum in ignem, et in aquas misit, ut eum perderet: sed si quid potes adiuua nos, misertus nostri. IESVS autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrymis aiebat: Credo Domine; adiuua incredulitatem meam.

III. Et cum videret IESVS concurren-tem turbam, comminatus est spiritui im-mundo dicens illi: Surde, & mure spiri-tus:

tus : ego præcipio tibi exi ab eo , & amplius ne introeas in eum , & exclamans , & multum discerpens eum , exiit ab eo , & factus est sicut mortuus , ita ut multi dicerent , quia mortuus est . IESVS autem tenens manum , eleuauit eum , & surrexit , & reddidit illum patri eius .

IV. Et cum introisset in domum tunc accesserunt Discipuli ad IESVM secretō , & interrogabant eum dicentes : Quare nos non potuimus ejcere illum ? Et dixit illis IESVS : Propter incredulitatem vestram . Amen quippe dico vobis , si habueritis fidem sicut granum Sinapis dicetis monti huic transi hinc illuc , & transibit , & nihil vobis impossibile erit : Hoc autem genus in nullo potest exire , ~~sou~~ non ejicitur , nisi per orationem , & ieiunium .

### MEDIT. LXXXVIII.

*Ex Matt. 17. n. 21. ad 26. & c. 18.*

*ad s. Marci 9. nu. 30. ad 36.*

*Luc. 9. nu. 43. ad 48.*

I. **E**t inde profecti prætergrediebantur Galilæam , nec volebat quenquam scire ; conuersantibus autem eis in Galilæa , stupebant omnes in magnitudine Dei , omnibusque mirantibus in om-

L ni-

aibus, quæ faciebat, dixit ad Discipulos suos IESVS. Ponite vos in cordibus vestris sermones illos: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occidentem, & occisus tertia die resurget, & contristati sunt valde, & ignorabant verbum illud, & erat velatum ante eos, & timebant cum interrogare de hoc verbo.

II. Et venerunt Capharnaum; & cum venisset Capharuaum accesserunt qui dederachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit dederachma? ait: etiam. Et cum intrasset in domum præuenit eum IESVS dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum à filij suis, an ab alienis? & ille dixit: ab alienis: dixit illi IESVS: ergo liberi sunt filij. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & cum pescem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inueniens staterem vnu- sumens da eis pro me, & te.

III. Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset? & cum domi esset, interrogabat eos; quid in via tractabatis. At illi ratabant, si quidem in via inter se disputauerant quis eorum maior esset: aliqui ratus ex Discipulis postea in illa hora accesserunt ad IESVM dicentes: Quis putas maior est in regno coe- lorum?

At

IV. At IESVS videns cogitationes cordis illorum, residens vocavit duodecim, & aduocans puerum paruulum apprehendit illum, & statuit secus se in medio eorum, quem cum complexus esset, ait illis: amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister: qui minor est inter vos omnes, hic maior est.

## N O T A E.

*Didrachma, erat nummus argenteus duas drachmas continens, & aquivalens duobus Iulij nostratis moneta Romana, qui soluendus erat quotannis, ex quo Pompeius Iudeam subiugarat, & de quo Josephus l. 14. Antiq. c. 8.*

Ergo liberi sunt filij, nempe, si filij Regum sunt immunes à tributis, quanto magis ego, qui sum Filius Regis Regum, & cui subiectum est omne Imperium, nedum Romanum?

*Staterem, nempe tetradrachmum, valorem 4. Iulios.*

*Paruulum alij dicunt fuisse S. Martialem, qui in Gallijs Euangelizauit, alij S. Ignatium, postea Martyrem.*

## 342 SECUND A PARS

nibus, quæ faciebat, dixit ad Discipulos suos IESVS. Ponite vos in cordibus vestris sermones istos: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occidenteum, & occisus tertia die resurget, & contristati sunt valde, & ignorabant verbum illud, & erat velatum ante eos, & timebant eum interrogare de hoc verbo.

II. Et venerunt Capharnaum; & cum venisset Capharuam accesserunt qui didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma? ait: etiam. Et cum intrasset in domum præuenit eum IESVS dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, *vel* censum? à filij suis, an ab alienis? & ille dixit: ab alienis: dixit illi IESVS: ergo liberi sunt filij. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & cum pescem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inueniens staterem vnu, sumens da eis pro me, & te.

III. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset? & cum domi esset, interrogabat eos; quid in via tractabatis. At illi tacebant, si quidem in via inter se disputauerant quis eorum maior esset: *aliqui rameus* ex Discipulis postea in illa hora accesserunt ad IESVM dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum?

At

IV. At IESVS videns cogitationes cordis illorum, residens vocauit duodecim, & aduocans puerum paruulum apprehendit illum, & statuit secus se in medio eorum, quem cum complexus esset, ait illis: amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister: qui minor est inter vos omnes, hic maior est.

## N O T A E.

Didrachma, erat nummus argenteus duas drachmas continens, & aquivalens duobus Iulijis nostratis moneta Romana, qui soluendus erat quotannis, ex quo Pompeius Iudeam subiugarat, & de quo Josephus l. 14. Antiq. c. 8.

Ergo liberi sunt filij, nempe, si filii Regum sunt immunes à tributis, quanto magis ego, qui sum Filius Regis Regum, & cui subiectum est omne Imperium, nedum Romanum?

Staterem, nempe tetradrachmum, valorem 4. Iulios.

Paruulum alij dicunt fuisse S. Martialem, qui in Gallijis Evangelizauit, alij S. Ignatium, postea Martyrem.

## MEDIT. LXXXIX.

Ex Matt. 18. nū. 6. ad 14. Marci 9.

nū. 37. ad 48. Luca 9. nūm.

48. ad 50. &amp; c. 17.

nū. 1. &amp; 2.

I. R<sup>E</sup>spondens autem Ioannes dixit illi: Magister vidimus quendam in nomine tuo ejcidentem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. IESVS autem ait ad illum; nolite prohibere eum: nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me: Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est: Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis non perdet mercedem suam.

Prosequitur verò sermonem de pueris, quem interpellatus à Ioanne interruperat. Sic.

II. Et qui suscepérit vnum parvulum talem, seu ex huiusmodi pueris in nomine meo, me suscipit, & qui me suscepérit, non me suscipit, sed eum qui misit me. Qui autem scandalizauerit vnum de his pusillis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Vx

III. Væ mundo à scandalis : Necesse est enim, ut veniant scandalata : veruntamen vñ homini illi, per quem scandalum venit : si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscide illum, sc̄ u amputa, & projice abs te : bonum tibi est debilem, vel claudum introire in vitam æternam, quām duas manus, vel duos pedes habentem ire in gehennam, & mitti in ignem æternum inextinguibilem, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si oculus tuus scandalizat te, crue eum, & projice abs te : bonum tibi est luscum, s̄cū cum uno oculo in vitam, s̄cū in regno Dei intrare, quām duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

IV. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis; dico enim vobis, quia Angelī eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis ēst. Venit enim Filius hominis saluare quod perierat.

V. Quid vobis videtur? si fuerint aliqui centum oues, & errauerit vna ex eis; nonne relinquit nonaginta nouem i montibus, & vadit querere eam quæ errauit. Et si contigerit ut inueniat eam, amen dico vobis quia gaudet super eam magis, quām super nonaginta nouem, quæ non errauerunt. Sic non ēt voluntas ante Patrem vestrum, qui in cœlis ēst, ut pereat vñus de pusillis istis.

## MEDIT. XC.

*Ex Matth. 18. num. 15. ad 22.  
Luc. 17. num. 3. ad 4.*

I. **A**ttendite autem vobis: si peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te, & ipsum solum; si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: *seu ut Lucas*, si poenitentiam egerit dimitte illi; si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium testium stet omnibus verbum. Quod si non audierit eos: dic Ecclesiaz. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.

II. Amen dico vobis quaecunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in celo, & quaecunque solueritis super terram, erunt soluta, & in celo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in celis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

III. Tunc aecedens Petrus ad eum dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam illi? usque septies?

Di-

Dicit illi IESVS, non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies: *secundum Lucas*: & si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens, pœnitetur me, dimitte illi.

## N O T A E.

Sit tibi sicut Ethnicus, &c. nempe excommunicatus, seu priuatus communione Fidelium, hanc enim potestatem mox confirmans dicens: Quæcunq; alligaueritis, &c.

Septuagies septies; nempe viciis 490. sed hoc numero non restringit dimissionem peccatorum, ac spem venia; esto septenarius à Pedro propositi angustias extenderit ad maiorem sepsenarium ex ductu 7. per 70. consurgens.

## MEDIT. XCI.

*Ex Matth. 18. num. 23. ad 35.*

I. **I** Deo assimilatum est Regnum Cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis; Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & redi. Procidens autem ser-

rus ille orabat eum dicens : Patientiam habe in me ; & omnia reddam tibi. Misertus autem Dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.

II. Egressus autem seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis , qui debebat ei centum denarios , & tenens suffocabat eum dicens : Redde quod debes : Et procedens conseruus eius , rogabat eum dicens : Patientiam habe in me , & omnia reddam tibi : ille autem noluit, sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum .

III. Videntes autem conserui eius quæ fiebant , contristati sunt valde , & venerunt , & narrauerunt Domino suo omnia quæ facta fuerant . Tunc vocauit illum Dominus suus , & ait illi : Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me : nonne ergo oportuit, & te misereri conserui tui , sicut & ego tui misertus sum ?

IV. Et iratus Dominus eius , tradidit eum tortoribus , quoad usq; redderet vniuersum debitum . Sic & Pater meus cœlestis faciet vobis ; si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris .



## MEDIT. XCII.

Ex Ioannes 7. num. 1. ad 9.

I. Post hæc autem ambulabat IESVS in Galilæa, non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenopegia. Id est Tabernaculum, quod fiebat circa finem Septembri. Dixerunt autem ad eum fratres eius: transi hinc, & vade in Iudæam, ut & Discipuli tui videant opera quæ tu facis: Nemo quippe in occulto quid facit, & quærerit ipse in palam esse: si hæc facis manifesta te ipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum.

II. Dicit ergo eis IESVS: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest Mundus odiſſe vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera eius mala sunt.

III. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nōdum impletū est: Hęc cùm dixisset, ipse mansit in Galilæa, ut autem ascenderunt fratres eius, tūc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.

## N O T A.

**N**on ascendo: videlicet neque nunc, nec postea manifestè, ut vos velleris; ascendit enim postea, sed occultè id est sine comitatu, & acclamationibus turbarum.

---

**MEDIT. XCIII.**

**E**x Luca g. nu. 51. ad 56. &c. 17.  
num. II. ad 19.

I. **F**actum est autem dum complerente dies assumptionis eius: & ipse faciem suam firmavit, vt iret in Ierusalem. Et misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi: Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem. Cùm vidissent autem Discipuli eius Iacobus, & Ioannes dixerunt: Domine vis dicimus vt ignis descendat de cœlo, & consummat illos? Et conuersus increpauit illos dicens: Ne scitis cuius Spiritus estis: Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare, & abierunt in aliud Castellum.

II. Et factum est dum iret in Ierusalem, transibat per medium Samariam, & Galilæam: Id est inter confinias hinc Galilee, inde

*inde Samaria Provincia: Et cum ingredens  
retur quoddam Castellum, occurserunt  
ei decem viri leprosi, qui steterunt à lon-  
gè, & leuauerunt vocem dicentes. IESVS  
Præceptor miserere nostri. Quos ut vidit  
dixit. Ite ostendite vos Sacerdotibus.  
Et factum est dum irent mundati sunt.*

**III.** *Vnus autem ex illis, ut vidit quia  
mundatus est; regressus est cum magna  
voce magnificans Deum, & cecidit in fa-  
ciem ante pedes eius, gratias agens: &  
hic erat Samaritanus.*

**IV.** *Respondens autem IESVS dixit:  
nonne decem mundati sunt, & nouem  
vbi sunt? Non est inventus qui rediret,  
& daret gloriam Deo, nisi hic alienige-  
na, & ait illi: Surge vade, quia fides tua  
te saluum fecit.*

### N O T A.

*Affumptionis eius: videlicet restabant  
panci dios, quibus post mortem, & resurrec-  
tionem ascensurus erat in cælum, & assumendus  
de terra nostra, ut sederes à dextris Dei.*

### M E D I T . X C I V .

*Ex Ioannis 7. num. II. ad 18.*

**I.** *Vnde ergo quarebant eum in die  
festo, & dicebant ubi est ille? &*

## 252 SECUNDA PARS

murmur multum erat in turba de eo: quidam enim dicebant: quia bonus est; alij autem dicebant: Non, sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Iudeorum. Iam autem die festo mediante, ascendit IESVS in templum, & docebat; Et mirabantur Iudei dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Respondit ei IESVS, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.

II. Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam querit: Qui autem querit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.

## MEDIT. XCV.

*Ex Iohannis 7. num. 19. ad 30.*

I. **N**onne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? quid me queritis interficere? Respondit turba, & dixit: Daemonium habes, quis te querit interficere? Respondit IESVS, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini.

II. Propterea Moyses dedit vobis circumcisioνem (non quia ex Moysè est, sed

sed ex patribus) & in Sabbato circumciditis homines. Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, ut non soluatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominem saluum feci in Sabbato.

III. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate: Dicebant ergo quidam ex Ierosolymitis: Nonne hic est, quem querunt interficere? & ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt? Numquid vere cognoverunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus unde sit, Christus autem cum venerit, nemo scit, unde sit.

IV. Clamabat ergo IESVS in templo docens, & me scitis, & unde scim scitis, & a me ipso non veni. Sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.

## N O T A.

Vnum opus feci, & omnes miramini, scilicet mirantes indignamini, quasi contra legem fecerim sanando paralyticum in Sabbatho: ex illo enim tempore cuperunt ansam illum calumniandi, & persequendi: ex Iohannis 5. Propterea persequebantur Iudei IESVM, quia haec faciebat in Sabbatho. Non quia ex Moysi est, sed ex Patribus, antea enim Abraham praecepit sueras Circumcisio, Genes. 17.

Proprietary of proper bane inform ad  
mi-

## 254 SECUNDA PARS

mirationem, ne hoc vobis contra legem videamur, considerandum vobis proprio Moyse; & legem posse quam, legi claritatis, qua est naturalis, & praeclarior comparo.

Scimus unde sit: videlicet scimus cum a Nazareth prodijisse, nouimus quod pacem, & misericordiam eius.

Nemo scit unde sit: Vulgus enim per alias Messiam fecerunt Melchisedech, eritum ex incognitis parentibus: persiores tamen norant nasciturum in Betheleem, nec notitia parentum Ioannis precursoris obfuit illis, que minus illum suspicarentur esse Messiam.

Et unde scim sitis: id est scire debetis, ex dictis, & miraculis meis, &c.

---

## MEDIT. XCVI.

*Ex Ioannis 7. num. 30. ad 43.*

I. **Q**uerebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi credidierunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit nunc quid plura signa faciet, quam quæ hic facit? Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt Principes, & Pharisæi ministros, ut apprehenderent eum.

II. Dixit ergo eis IESVS: Adhuc modicum tempus vobiscum sum; & vado ad

ad eum , qui me misit . Quæretis me , & non inuenietis : & ubi ego sum , vos non potestis venire . Dixerunt ergo Iudæi ad se met ipsos : Quo h̄ic iturus est , quia non inueniemus eum ? Nunquid in dispersionem Gentium iturus est , & docturus Gentes ? Quis est hic sermo quem dixit : Quæretis me , & non inuenietis , & ubi sum ego vos non potestis venire ?

III. In nouissimo autem die magno festiuitatis , stabat IESVS , & clamabat dicens : Si quis sit inveniat ad me , & bibat . Qui credit in me , sicut dicit Scriptura , flumina de ventre eius fluunt aquæ viuæ . Hoc autem dixit de Spiritu , quem accepturi erant credentes in eum : nondum enim erat spiritus datus , quia IESVS nondum erat glorificatus .

IV. Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius dicebant . Hic est verè Propheta . Alij dicebant hic est Christus . Quidam autem dicebant : Nunquid à Galilæa venit Christus ; nonne Scriptura dicit , quia ex semine Dauid , & de Bethleem Castello venit Christus ? Discensio itaque facta est in turba propter eum .

### N O T . A.

Nouissimo die magno festiuitatis : In octaua videlicet fæsi Tabernaculorum , quæ erat celeberrima inter 8. dies illos , ex Leutici 23. num. 36.

M E.

## MEDIT. XCVII.

Ex Iohannis 7. num. 44. ad 53.

I. **Q**uidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo misit super eum manus: Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Phariseos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis Phariseos: Nunquid, & vos seducti estis?

II. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Phariseis? sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt.

III. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat? Responderunt, & dixerunt ei: Nunquid & tu Galileus es? Scrutare, & vide quia à Galilæa Propheta non surgit; & reuersi sunt unusquisque in domum suam.

## N O T A.

Propheta non surgit: nempe Propheta ille anonomastice sic dictus, quem Moses

VERB.

*venerum pradixerat Deuteronomij 18. ex  
Bethleem enim oriri debebat iuxta Michæla  
prophessam.*

---

## MEDIT. XCVIII.

Ex Ioannis c. 8. num. I. ad II.

I. IESVS autem perrexit in Montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus veniebat ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modò deprehensa est in adulterio: in lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare, Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum.

II. IESVS autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra, cum ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat, Et iterum se inclinans scribebat in terra.

III. Audientes autem, unus post unum exibant, incipientes à senioribus, & remansit solus IESVS, & mulier in medio stans.

IV. Erigens autem se IESVS dixit ei. Mulier ibi sunt qui te accusabant? nemo te

258 SECUNDA PARS  
te condemnauit? Quæ dixit: Nemo De-  
mine. Dixit autem IESVS, nec ego te  
condemnabo; vade, & iam amplius noli  
peccare.

### N O T A.

Scribebat in terra: delineabat in pulve-  
re supra lapides aerij, vel ut offendaret com-  
passandum, si figmentum ex pulvere, ac fra-  
gile ad peccatum pronum fuisset, iuxta illud  
considerans seipsum, ne & tu tenteris: vel ut  
timere, ne eorum peccata ibi describeret.

---

### MEDIT. XCIX.

Ex Ioannis 8. num. 12. ad 20.

I. Terum ergo locutus est eis IESVS  
dicens: ego sum lux mundi, qui se-  
quitur me non ambulat in tenebris, sed  
habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei  
Pharisei. Tu de teipso testimonium per-  
hibes, testimonium tuum non est verum.

II. Respondit IESVS, & dixit eis: Etsi  
ego testimonium perhibeo de me ipso,  
verum est testimonium meum, quia scio  
vnde veni, & quò vado: vos autem ne-  
scitis vnde venio, aut quò vado: vos se-  
cundùm carnem iudicatis; ego non iu-  
dico quenquam: & si iudico ego, iudi-  
cium meum verum est, quia solus non  
sum,

sum, sed ego, & qui misit me Pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est; ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me Pater.

III. Dicebant ergo ei: Vbi est Pater tuus? Respondit IESVS; neque me scitis, neque Patrem meum: Si me sciretis, forsitan, & Patrem meum sciretis. Hæc verba locutus est IESVS in gazophylacio docens in templo, & nemo apprehendit eum, quia nec dum venerat hora eius.

## MEDIT. C.

*Ex Ioannis 8. num. 21. ad 32.*

I. **D**ixit ergo iterum eis IESVS: Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum quia dicit; Quò ego vado, vos non potestis venire? & dicebat eis: vos de deo sum estis, ego de supernis sum; vos de mundo hoc estis. Ego non sum de mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.

II. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit

## 260 SECUNDA PARS

xit eis IESVS: Principium, qui, & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, & iudicare, sed qui me misit, verax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognoverunt, quia Patrem eis dicebat Deum.

III. Dixit ergo eis IESVS; cùm exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à me ipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor, & qui me misit tecum est, & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei facio semper.

IV. Hæc illo loquente multi crediderunt in eum. Dicebat ergo IESVS ad eos qui crediderunt ei, Iudeos: si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

## N O T A E.

*Principium qui, & loquor vobis: scilicet sum Verbum Dei, quod in principio, & ab eterno erat apud Deum, & nunc vobiscum loquor.*

*Cum exaltaueritis: cum me in Crucem sustuleritis, post resurrectionem meam me cognoscetis.*

admodum

M E.

## MEDIT. CI.

Ex Ioannis 8. num. 33. ad 45.

I. R Esonderunt ei : Semen Abrahæ sumus , & nemini seruiuimus vnoqnam : quomodo tu dicis , liberi eritis ? Respondit IESVS : Amen amen dico vobis , quia omnis qui facit peccatum , seruus est peccati , seruus autem non manet in domo in æternum , filius manet in æternum . Si ergo vos filius liberauerit , verè liberi eritis .

II. Scio quia filij Abrahæ estis : sed quæratis me interficere : quia sermo meus non capit in vobis : Ego quod vidi apud Patrem loquor , & vos quæ vidistis apud Patrem vestrum facitis . Responderunt , & dixerunt ei : Pater noster Abraham est . Dicit eis IESVS . Si filij Abrahæ estis , opera Abrahæ facite . Nunc autem quæratis me interficere , hominem , qui veritatem vobis locutus sum , quam audiui a Deo , hoc Abraham non fecit . Vos facitis opera patris vestri .

III. Dixerunt itaq; ei . Nos ex fornicatione non sumus nati : vnum patrem habemus Deum . Dixit ergo eis IESVS : Si Deus Pater vester esset , diligeretis utique me , ego enim ex Deo processi , & vni : neque enim à me ipso veni , sed ille  
me

262 SECUNDA PARS  
me misit. Quare loquela meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.

IV. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: Ille homicida erat ab initio, & in veritate non fletit, quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius, *scilicet mendacij*. Ego autem quia veritatem dico non creditis mihi.

---

### MEDIT. CII.

*Ex Ioannis 8. num. 46. ad 59.*

I. **Q** Vis ex vobis arguer me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non audiatis, quia ex Deo non estis.

II. Responderunt ergo Iudei, & dixerunt ei; Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit IESVS. Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos in honore meo: Ego autem non quero gloriam meam: est qui querat, & iudicet. Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.

III. Dixerunt ergo Iudei, nunc co-

gnos-

gnouimus, quia dæmonium habes: Abram mortuus est, & prophetae; & tu dicas, si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum; nunc quid tu maior es patre nostro Abraham qui mortuus est? & prophetæ mortui sunt: quem teipsum facis? Respondit IESVS: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est: Et non cognouistis eum, ego autem noui eum, & si dixerim quia non scio eum, ero similis vobis mendax, sed scio eum, & sermonem eius seruo.

IV. Abraham pater vester exultauit, ut videret diem meum vidi, & gaudens est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum, quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis IESVS: Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut iacearent in eum: IESVS autem abscondit se, & exiuit de templo.

## N O T A.

Exultauit, ut videret vidi, &c. cum exultatione excepti promissionem de benedictionis in semine ipsius omnibus gentibus, & per fidem, ac prophetiam vidit incarnationis mea tempus.

*MEDIT. CIII.**Ex Ioannis c. 9. num. 1. ad 12.*

I. **E**T præteriens IESVS vidit hominem cæcum à nativitate, & interrogauerunt eum Discipuli eius, Rabbi quis peccauit hic, aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit IESVS: neque hic peccauit, neque parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo.

II. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est, venit nox, quando nemo potest operari; Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.

III. Hæc cum dixisset expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: vade, laua in natatoria Siloe (quod interpretatur Missus) Abiit ergo, & lauit, & venit videns. Itaque vicini, & qui viderant eum priùs quia mendicus erat, dicebant; Nonne hic est qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant quia hic est; alij autem: nequaquam, sed similis est ei, ille vero dicebat: quia ego sum.

IV. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo, qui dicitur IESVS, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: vade ad natatorium Siloe, & laua, & abi, & laui,

Iauī, & vidi. Et dixerunt ei, vbi est ille? Ait: nescio.

## N O T A E.

Neque hic peccauit, neque parentes eius; non negat peccata actualia, aut originales, sed iuxta sensum interrogantium negat eos ita præ alijs peccasse, ut cæcitate proliſ puniti fuerint.

Natatoria Siloe; piscina quam faciebat fluminis Siloe, ex Monte Sion scaturiens.

---

## M E D I T. C I V.

Ex Ioannis 9. num. 13. ad 28.

I. **A**dducunt eum ad Phariseos, qui cæcus fuerat: erat autem Sabbathum, quando lumen fecit IESVS, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis, lumen mihi posuit super oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex Phariseis quidam. Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum non custodit: Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? & schisma erat inter eos.

II. Dicunt ergo cæco iterum. Tu quid dicas de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia propheta est. Non

M

cre-

crediderunt ergo Iudei de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset: donec vocauerunt parentes eius, qui viderat, & interrogauerunt eos dicentes: hic est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Respondebant eis parentes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est; quomodo autem nunc videat, nescimus; aut quis aperuit eius oculos nos nescimus, ipsum interrogate; ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timiebant Iudeos. Iam enim conspiraverant Iudei, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate.

III. Vocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: si peccator est, nescio, vnum scio, quia cæcus cum essem, modò video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos: Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?

¶¶¶¶¶

M E.

## MEDIT. CV.

*Ex Ioannis 9. num. 28. ad 34.*

I. **M**aledixerunt ergo ei, & dixerunt: tu discipulus illius sis, Nos autem Moysis discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis. In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos.

II. Scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci natu. Nisi esset hic a Deo non poterat facere quicquam.

III. Responderunt, & dixerant ei: In peccatis natus es totus; & tu doces nos? Et ciecerunt eum foras.

## N O T A.

Peccatores Deus non exaudit: *hac sententia non est Scriptoris Canonici, sed caci illuminari, & intelligenda de persistentiis in peccatis ordinariè enim Deus non exaudit, ut miracula patrem.*

## MEDIT. CVI.

*Ex Ioannis 9. num. 35. ad 41.*

I. **A**vidiuit IESVS quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum dixit ei: Tu credis in Filium Dei? Respondit ille, & dixit; Quis est Domine, ut credam in eum? & dixit ei IESVS: & vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. At ille ait: Credo Domine, & procidens adorauit eum.

II. Et dixit ei IESVS. In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Et audierunt quidam ex Phariseis, qui cum ipso erant: & dixerunt ei: Nunquid & nos cæci sumus?

III. Dixit ei IESVS: si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc vero dicitis, quia videmus; peccatum ergo vestrum manet.

## MEDIT. CVII.

*Ex Ioannis 10. num. 1. ad 10.*

I. **A**men amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro:

Qui

Qui autem intrat per ostium , pastor est ouium . Huic ostiarius aperit , & oves vocem eius audiunt , & proprias oves vocat nominatim , & educit eas .

II. Et cum proprias oves emiserit , ante eas vadit , & oves illum sequuntur , quia sciunt vocem eius . Alienum autem non sequuntur , sed fugiunt ab eo , quia non nouerunt vocem alienorum .

III. Hoc proverbum dixit eis IESVS : illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis . Dixit ergo eis iterum IESVS : Amen amen dico vobis , quia ego sum ostium ouium , omnes quoquot venerunt , fures sunt , & latrones , sed non auidierunt eos oves .

IV. Ego sum ostium . Per me si quis introierit saluabitur , & ingredietur , & egredietur , & pascua inueniet . Fur non venit nisi vt furetur , & mactet , & perdat . Ego veni , vt vitam habeant , & abundanter habeant .

### N O T A.

Omnis quoquot , &c. qui scilicet non missi à Deo , nec per fidem in ipsum Christum ipsumm̄ annunciarunt ; sed ex propria arrogancia iactarunt se pro Magistris veritatis . Missi enim à Deo , & in Christum saltem implicitè credentes intrauerunt per Ostium .

## MEDIT. CVIII.

Ex Ioannis 10. num. 11. ad 21.

I. **E**go sum pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro oibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

II. Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas; & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem, & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ouili; & illas opportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & unus pastor.

III. Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à me ipso; & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo.

IV. Dissensio iterum facta est inter Iudeos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis, Dæmonium habet,

&amp;

& insanit, quid eum auditis? Alij dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis: nunquid dæmonium potest cæ corum oculos aperiere.

---

## MEDIT. CIX.

Ex *Lucae* 10. num. I. 16.

I. Post hæc autem designauit Dominus, & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quò erat ipse venturus. Et dicebat illis: Messis quidem multa; operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messim suam.

II. Ita ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos: Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per viam salutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescat super illum pax vestra; si autem reuertetur ad vos.

III. In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum; & in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos manducate, quæ apponuntur vobis, & curate infirmos, qui in

272 SECUNDA PARS  
illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit  
in vos regnum Dei.

IV. In quamcunque autem ciuitatem  
intraueritis, & non susceperint vos, ex-  
euntes in plateas eius dicite: Etiam pul-  
verem, qui adhaesit nobis de ciuitate ve-  
stra extergimus in vos: tamen hoc scito-  
te, quia appropinquauit regnum Dei. Di-  
co vobis, quia Sodomis remissius erit in  
die illa, quam illi Ciuitati. Vae tibi Coro-  
zaim, vae tibi Bethsaida: Quia si in Tyro,  
& Sydone factæ fuissent virtutes, quæ fa-  
ctæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cine-  
re sedentes pœniterent. Veruntamen—  
Tyro, & Sydoni remissius erit in iudicio,  
quam vobis, & tu Capharnaum vsque ad  
coelum exaltata, vsque ad Infernum de-  
mergeris. Qui vos audit me audit, & qui  
vos spernit me spernit. Qui autem me  
spernit, spernit eum qui misit me.

In hac ultima missione 72. discipularum,  
multa repetuntur, qua alia occasione. dicta  
fuerant in missione 12. Apostolorum: & ideo  
satis fuerit unica meditatione illa animo cur-  
sum repetere. Subiungit autem Lucas statim  
reversionem Discipulorum anticipate ex oc-  
casione missionis, licet multo post fuerit.

Digitized by Google

M E.

## MEDIT. CX.

Ex Luca 10. nro. 25. ad 37.

I. Ecce quidam Legisperitus surrexit tentans illum, & dicens. Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut te ipsum. Dixitq; illi: Recte respondisti, hoc fac, & viues.

II. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad IESVM. Et quis est meus proximus? Suscipiens autem IESVS dixit. Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagiis impositis, abierunt semiuiuo relitto. Accidit autem, ut Sacerdos quidam descenderet eadem via, & viso illo præteriuit. Similiter, & Leuita, cum esset secus locum, & vidisset eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, & videns eum misericordia motus est, & appropians allaguit vulnera eius, infundens oleum, & vinum, & imponens illum in iumentum

M 5

fuum,

## 274 SECUNDA PARS

suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quocunque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi.

III. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum, & ait illi IESVS: vade, & tu fac similiter.

## N O T A.

*Quis horum, &c proximus. Quis fuerat ille de proximo, cui beneficiandum sit; at IESVS exemplo proposito Samaritanus benefici, amplius respondit, & indirecte dicit neminem esse, qui non sit habendus loco proximi, & cui misericordiam negare debeamus. quantumvis alienigena, vel extraneus sit; sicut nemo Iudaorum extraneum, sed proximum astinuerit, qui sibi beneficeret quantumvis benefactor Iudeus non esset, sed Samaritanus.*

---

## MEDIT. CXI.

*Ex Luca 10. num. 38. ad 42.*

I. Factum est autem dum irent, & ipse intravit in quoddam Castellum, & mulier quædam Martha nomine exceptit illum in domum suam, & hic erat

50-

soror nomine Maria , quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius .

II. Martha autem satagebat circa frequens ministerium : quæ sletit , & ait : Domine non est tibi curæ , quod soror mea reliquit me solam ministrare ? Dic ergo illi , ut me adiuuet .

III. Et respondens dixit illi Dominus : Martha Martha sollicita es , & turbaris erga plurima . Porro vnum est necessarium . Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea .

### N O T A.

Non auferetur ab ea . His verbis non solum eam prædestinatam ad aeternam Dei visionem indicat , sed etiam contemplationem Dei vitam optimam esse , uspore quæ continuanda , & perpetuanda sit in altero seculo cœssantibus actiua vita ministerijs , & operibus misericordia corporalibus .

---

### MEDIT. CXII.

*Ex Luc. II. nu. 1. ad 13. Matth. 7.  
v. 7. ad 12. Marc. II. nu. 24.*

I. E T factum est , cum esset in quodam loco orans , ut cessauit , dixit Iesus

**ex Discipulis eius ad eum.** Domine docē nos orare , sicut docuit , & Ioannes Di-scipulos suos ; Et ait illis , cum oratis di-cite : Pater sanctificetur nomen tuum , adueniat regnum tuum ; fiat voluntas tua , sicut in cęlo , & in terra : Panem nostrum quotidianum da nobis hodie : & dimitte nobis peccata nostra , si quidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis . Et ne nos inducas in temptationem , Similem formulam alia o casione docuerat Dominus , ut supra retulimus .

**II.** Et ait ad illos : Quis vestrū habebit amicum , & ibit ad illum media no-  
tę , & dicet illi : Amice commoda mihi  
tres panes , quoniam amicus meus venit  
de via ad me , & non habeo quod ponam  
ante illum . Et ille de intus respondens  
dicat : Noli mihi molestus esse , iam ostiū  
clausum est , & pueri mei mecum sunt in  
cubili , non possum surgere , & dare tibi ;  
& si ille perseuerauerit pulsans : dico vo-  
bis , & si non dabit illi surgens , eo quod  
amicus eius sit ; propter improbitatem ta-  
men eius surget , & dabit illi quotquot  
habet necessarios .

**III.** Et ego dico vobis : Petite , et da-  
bitur vobis ; quærite , et inuenientis ; pul-  
sate , et aperietur vobis . Omnis enim  
qui petit accipit , et qui quærit inuenit ,  
et pulsanti aperietur .

**IV.** Quis autem ex vobis patrem pe-  
tit panem , nunquid lapidem dabit illi ?

**Aut**

Aut pisces, nunquid pro pisce serpente dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porrigeret illi Scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester dabit spiritum bonum peccantibus se?

## N O T . A.

*Petite, et dabitur vobis: Si nimis petantur ea, qua paulo ante in formula Orationis petenda docuerat, seu, ut mox subiungit, petatur Spiritus bonus.*

---

## MEDIT. CXIII.

*Ex Luc. XI. nū. 33. ad 44. Marc. 4.  
num. 21. ad 23.*

I. **N**emo lucernam accedit, et in abscondito ponit, neque sub modo, sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrorum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, et sicut

Ju.

*lucerna fulgoris illuminabit te. Quia  
aliás de incensione operandi docueras, reperit  
hic de incensione orandi.*

II. Et cum loqueretur, rogauit eum quidam Phariseus, ut pranderet apud se, & ingressus recubuit. Phariseus autem cœpit intra se reputans dicere: quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait Dominus ad illum. Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis, & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit, quod de foris est, etiam id, quod deintus est, fecit? Veruntamen, quod superest, date eleemosyam, & ecce omnia munda sunt vobis.

III. Sed vñ vobis Phariseis, quia decimatis mentham, & rutam, & omnes olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei: Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

IV. Vñ vobis Phariseis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro: vñ vobis quia estis, vt monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes supra nesciunt.

### N O T . A.

Quod superest date eleemosynam. Græcè τὰ ἔργα, qua præter rapinas supersunt nondum consumpta, & qua vobis iam superflua sunt, & ultra rem alienam (res enim aliena resti).

restituenda est certo creditori iure naturali, Diuino, & humano) dase Eleemosynam post rapti restitutionem ; restitutio enim est actus debitus ex iustitia, eleemosyna autem est actus charitatis. Sic Zacheus fecit ; nam dimidium bonorum suorum dedit pauperibus, sed reddidit quadruplum ijs, quos defraudauerat.

Omnia munda sunt vobis Eleemosyna enim melius, quam aqua exterius lauans, si post rapti restitutionem fiat, & cum dolore de peccatis, disponit animam ad gratiam mundatricem anima ab omnibus quidem peccatis, sed principiè à peccatis ortis ex auaritia quibus directè opponitur quo sensu S. Raphael dixit Tobia 12. Quoniam Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam, cum enim sit actus misericordia peculiari quodam modo promeretur misericordiam Diuinam.

## MEDIT. CXIV.

Ex Luce II. num. 45. ad 54.

I. **R**espondens autem quidam ex Legisperitis : ait illi : Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. At ille ait : Et vobis Legisperitis vx, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non

non possunt, ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas.

II. Vez vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorum, quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea, & Sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur: ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista, à sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ, qui periret inter altare, & ædem. Ita dico vobis requiretur ab hac generatione.

III. Vez vobis Legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis.

IV. Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisei, & Legisperiti grauiiter insistere, & os eius opprimere de multis insidiantes ei, & querentes aliquid capere de ore eius, ut accusarent eum.

### N O T A.

Testificamini quod consentitis. Non quod ædificare sepulchra prophetarum sit malum, aut sit approbare homicidium factum ab occisoribus eorum; sed quia, ut infra alia

occasione Matthai 23 explicatur, eo facto, & inscriptionsibus ipsis confitebantur se esse filios eorum, qui non semel prophetas occiderant, præterim cum dictarent: Si fuissimus in diebus patrum nostrorum non essemus socij eorum in sanguine prophetarum: proinde subiungit dominus. Itaque testimonio estis vobis metipsis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt. Nihil enim amplius vult illis ingerere, quam quod sunt velut genimina viperarum, & de illo genere, quod ex otio veritatis spes necare prophetas; esto tacite eorum inscriptionem de ipso occidendo perstringat.

Zachariæ, siue is fuerit filius Ioiada, de quo et Paralip. c. 24 qui in Euangelio Nazarorum vocatur filius non Barachia, sed Ioiada, ut testatur S. Hieronymus; siue Zacharias propheta inter minores, quem lapidatum inter templum, & aerium sub Dario re. adificatum, cum S. Chrysostomo multis testatur, siue Zacharias pater S. Io. Bap. qui testè S. Hippolyto Martire, fuit filius Barachia, ut cum multis Patribus censet Baronius. Voleuit enim Christus comprehendere omnes iustos occisos ab Abel usq; ad suum tempus.



152 SECUNDA PARS

---

MEDIT. CXXV.  
ST. IACOB. MM. 1. ad. 3. & 13.  
ad 3.

**N**ecesse est enim turbis circumstan-  
tibus nos ut te inueniri cedam  
et tu nos docere ac Discipulis nosse-  
re quod de te dicitur. Nam etiam quod  
de te dicitur non solum est roborum,  
sed et exactius probat etiam quod  
tu es Christus. Quia cum tu in  
tempore patitur et hoc non debet sibi mund  
e. Vnde dicitur secundum prophetam, prodi-  
gitum est tuum.

**I**ntra hanc turbam de turba: Ma-  
nus tua in me. ut dividat mecum  
turba. At ille erit illi: Homo  
vobis dominus maxima, aut diuisio-  
nem vobis datur ad illos: Videte,  
quoniam eorum misericordia, quia non io-  
nathas conuicuum vita eius est ex-  
cepit postmodum.

**P**ropter hanc difficultatem ad il-  
los: Homo quis cuiusdam diuitis  
terras ager arable: & cogitabat  
pros. Quid faciam, quia non  
congregem fructus meos? Et  
faciam: Destruiam horrea  
et faciam, & illuc congre-  
gabo

gabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce comedere, bibe, epulare.

**IV.** *Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti cuius erunt? Sic est qui fibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Reliquæ inferuimus Meditacioni 27. licet hic alia occasione repetita à Domino.*

---

### MEDIT. CXVI.

*Ex Lince 12. num. 52.*

**I.** *N*olite timere pusillus grec, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date elemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficiat in coelis, quo fur non appropiat, neque rinea corrumpit, ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

**II.** *Sint lumbi vestri præincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à cunctis, ut cum venerit. & pulsauerit; confessim patueriant ei. Beati servi illi, quos cum dicit Dominus inuenierit vigilantes; dico vobis, quod præcingeret se, & fa-*

## 274 SECUNDA PARS

suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi.

III. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum, & ait illi IESVS: vade, & tu fac similiter.

## N O T A.

*Quis horum, &c proximus. Quae-  
rat ille de proximo, cui benefaciendum sit; at  
IESVS exemplo proposito Samaritani benefi-  
ci, amplius respondit, & indirecte docet nem-  
inem esse, qui non sit habendus loco proximi,  
& cui misericordiam negare debeamus. quan-  
tumuis alienigena, vel extraneus sit; sicut  
nemo Iudaorum extraneum, sed proximum  
affinaverit, qui sibi beneficeris quantumuis  
benefactor Iudeus non esset, sed Samaritanus.*

---

## MEDIT. CXI.

*Ex Luca 10. num. 38. ad 42.*

I. Factum est autem dum irent, & ipse intravit in quoddam Castellum, & mulier quædam Martha nomine exceptit illum in domum suam, & hic erat

so-

soror nomine Maria , quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius .

II. Martha autem satagebat circa frequens ministerium : quæ tletit , & ait : Domine non est tibi curæ , quod soror mea reliquit me solam ministrare ? Dic ergo illi , ut me adiuuet .

III. Et respondens dixit illi Dominus : Martha Martha solicita es , & turbaris erga plurima . Porrò vnum est necessarium . Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea .

### N O T A.

Non auferetur ab ea . His verbis non solum eam prædestinatam ad eternam Dei visionem indicat , sed etiam contemplationem Dei vitam optimam esse , usque quæ continuanda , & perpetuanda sit in altero seculo cœssariisbus actiua vita ministerijs , & operibus misericordie corporalibus .

### MEDIT. CXII.

*Ex Luc. 11. nu. 1. ad 13. Matth. 7.  
v. 7. ad 12. Marc. 11. nu. 24.*

I. E T factum est , cum esset in quodam loco orans , ut cessavit , dixit vnde

ex Discipulis eius ad eum. Domine doce nos orare , sicut docuit , & Ioannes Discipulos suos ; Et ait illis , cum oratis dicite : Pater sanctificetur nomen tuum , adueniat regnum tuum ; fiat voluntas tua , sicut in celo , & in terra : Panem nostrum quotidianum da nobis hodie : & dimitte nobis peccata nostra , si quidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis . Et ne nos inducas in temptationem , Similem formulam alia o casione docuerat Dominus , ut supra retulimus .

II. Et ait ad illos : Quis vestrum habebit amicum , & ibit ad illum media nocte , & dicet illi : Amice commoda mihi tres panes , quoniam amicus meus venit de via ad me , & non habeo quod ponam ante illum . Et ille de intus respondens dicat : Noli mihi molestus esse , iam ostium clausum est , & pueri mei mecum sunt in cubili , non possum surgere , & dare tibi ; & si ille perseverauerit pulsans : dico vobis , & si non dabit illi surgens , eo quod amicus eius sit ; propter improbitatem tamen eius surget , & dabit illi quotquot habet necessarios .

III. Et ego dico vobis : Petite , et dabitur vobis ; querite , et inuenientis ; pulsate , et aperietur vobis . Omnis enim qui petit accipit , et qui querit inuenit , et pulsanti aperietur .

IV. Quis autem ex vobis patrem petit panem , nunquid lapidem dabit illi ?

Aut

Aut pisces, nunquid pro pisce serpem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi Scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis Pater vester dabit spiritum bonum peccantibus se?

## N O T . A.

Petite, et dabitur vobis: *Si nimirum petantur ea, que paulo ante in formula Orationis petenda docuerat, seu, ut mox subiungit, petatur Spiritus bonus.*

---

## MEDIT. CXIII.

*Ex Lvc. 11. nu. 33. ad 44. Marc. 4.  
num. 21. ad 23.*

I. **N**emo lucernam accendit, et in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est tenebrae sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, et sicut

Ju.

*lucerna fulgoris illuminabit te. Quia  
alias de intentione operandi docueras, reperit  
hic de intentione orandi.*

II. Et cum loqueretur, rogauit eum quidam Phariseus, ut pranderet apud se, & ingressus recubuit. Phariseus autem cœpit intra se reputans dicere: quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait Dominus ad illum. Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis, & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit, quod de foris est, etiam id, quod deintus est, fecit? Veruntamen, quod supereft, date eleemosyam, & ecce omnia munda sunt vobis.

III. Sed vñ vobis Phariseis, quia decimatis mentham, & rutam, & omnes olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei: Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

IV. Vñ vobis Phariseis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro: vñ vobis quia estis, vt monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes supra nesciuunt.

### N O T A.

Quod supereft date eleemosynam Græcè τὰ ἔργα, qua præter rapinas super sunt non dum consumpta, & qua vobis iam superflua sunt, & vlera rem alienam (res enim aliena resti.

restituenda est cervo creditori iure naturali,  
Divino, & humano) date Eleemosynam post  
rapci restitutionem ; restitutio enim est actus  
debitus ex iustitia, eleemosyna autem est  
actus charitatis. Sic Zachaeus fecit ; nam  
dimidium bonorum suorum dedisse pauperibus,  
sed reddidit quadruplum ijs, quos defrauda-  
uerat.

Omnia munda sunt vobis Eleemosyna  
enim melius, quam aqua exterius lavans, si  
post rapci restitutionem fuerit, & cum dolore de  
peccatis, disponit animam ad gratiam mun-  
danicem anima ab omnibus quidem peccatis,  
sed pricipue à peccatis ortis ex anarxia qua-  
bus directè opponitur quo sensu S. Raphael d-  
xit Tebia 12. Quoniam Eleemosyna à  
morte liberat, & ipsa est, quæ purgat pec-  
cata, & facit inuenire misericordiam, &  
vitam æternam, cum enim sit actus miseri-  
cordie peculiari quodam modo promeretur mi-  
sericordiam Diuinam.

## MEDIT. CXIV.

Ex Luca XI. num. 45. ad 54.

I. R

Espondens autem quidam ex Legisperitis : ait illi : Magister, hæc  
dicens etiam contumeliam nobis facis.  
At ille ait : Et vobis Legisperitis vñ, quia  
oneratis homines oneribus, quæ portare  
non

non possunt, ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas.

II. Vex vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorum, quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea, & Sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur: ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista, à sanguine Abel, usque ad sanguinem Zachariæ, qui periret inter altare, & ædem. Ita dico vobis requiretur ab hac generatione.

III. Vex vobis Legisperitis, quia tullistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis.

IV. Cum autem hæc ad illos diceret, coepérunt Pharisei, & Legisperiti grauier insisteret, & os eius opprimere de multis insidiantes ei, & querentes aliquid capere de ore eius, ut accusarent eum.

### N O T A.

Testificamini quod consentitis. Non quod adificare sepulchra prophetarum sit malum, aut sit approbare homicidium factum ab ossiferibus eorum; sed quia, ut infra alia

occasione Matthei 23 explicatur, eo facto, & inscriptionsibus ipsis confitebantur se esse filios eorum, qui non semel prophetas occiderant, præsertim cum dictarent: Si fuissimus in diebus patrum nostrorum non essemus socij eorum in sanguine prophetarum: proinde subiungit dominus. Itaque testimonio estis vobis metipsis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt. Nihil enim amplius vult illis ingerere, quam quod sint velut genimina viperarum, & de illo genere, quod ex otio veritatis splet necare prophetas; esto tacitè eorum inscriptionem de ipso occidendo perstringat.

Zachariæ, siue is fuerit filius Ioiada, de quo 2 Paralip. c. 24 qui in Euangelio Nazarorum vocatur filius non Barachia, sed Ioiada, ut testatur S. Hieronymus; siue Zacharias propheta inter minores, quem lapidatum inter templum, & atrium sub Dario re-adificatum, cum S. Chrysostomo multi restantur, siue Zacharias pater S. Io. Bapt. qui testè S. Hippolyto Martyre, siue filius Barachia, ut cum multis Patribus censet Baronius. Voluit enim Christus comprehendere omnes iustos occisos ab Abel usq; ad suum tempus.



**MEDIT. CXV.**

*Ex Luca 12. nu. 1. ad 3. & 13.  
ad 21.*

I. **M**ultis autem turbis circumstan-  
tibus, ita ut se inuicem concu-  
larent, coepit dicere ad Discipulos suos:  
**A**ttendite a fermento Pharisaeorum, quod  
est Hypocrisis. Nihil autem est opertum,  
quod non reueletur, neque absconditum  
quod non sciatur. Quoniam quæ in te-  
nebris dixistis, in lumine dicetur, & quod  
in aurem locuti estis in cubiculis, prædi-  
cabitur in teatris.

II. Ait autem quidam de turba: Ma-  
gister dic fratri meo, ut diuidat mecum  
hæreditatem: At ille dixit illi: Homo  
quis me constituit iudicem, aut diuisio-  
rem super vos? Dixitque ad illos: Videte,  
& cauete ab omni auaritia, quia non in  
abundantia cuiusquam vita eius est ex  
his, quæ possidet.

III. Dixit autem similitudinem ad il-  
los dicens: Hominis cuiusdam diuitis  
vbi res fructus ager attulit: & cogitabat  
intra se dicens. Quid faciam, quia non  
habeo quo congregem fructus meos? Et  
dixit: hoc faciam: Destruam horrea  
mea, & maiora faciam, & illuc congre-  
gabo

gabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce comedere, bibe, epulare.

IV. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. *Reliqua inferuimus Meditationi 27. licet hic alia occasione repetita à Domino.*

---

## MEDIT. CXVI.

Ex Luce 12. num. 52.

I. **N**olite timere pusillus gressus, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesauros non deficientem in cœlis, quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit, ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

II. Sint lumbi vestri prædicti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à cunctis, ut cum venerit. & pulsauerit; confessim aperiant ei. Beati servi illi, quos cum venerit Dominus inuenierit vigilantes; Amen dico vobis, quod præcingeret se, & fa-

284 SECUNDA PARS  
faciet illos discubere, & transiens mi-  
nistribuit illis.

III. Et si venerit in secunda vigilia,  
& si in tertia vigilia venerit, & ita inue-  
nerit, beati sunt serui illi. Hoc autem  
scitote, quoniam si sciret pater familias,  
qua hora fur veniret, vigilaret utique, &  
non sineret perfodi domum suam, & vos  
estote parati, quia qua hora non putatis  
Filius hominis veniet.

---

### MEDIT. CXVII.

*Ex. Luca 12. num. 41. ad 49.*

I. **A** It autem ei Petrus: Domine ad  
nos dicis hanc parabolam, an &  
ad omnes? Dixit autem Dominus: Quis  
putas est fidelis dispensator, & prudens,  
quem constituit Dominus super familiam  
suam, ut det illis in tempore tritici men-  
suram? Beatus ille seruus, quem cum ve-  
nerit Dominus inuenierit ita facientem.  
Verè dico vobis quoniam super omnia  
quæ possidet constituet eum.

II. Quod si dixerit seruus ille in cor-  
de suo, moram facit Dominus meus ve-  
nire, & cœperit percutere seruos, & an-  
cillas, & edere, & bibere, & ineptiari.  
Veniet Dominus serui illius in die, qua  
non sperat, & hora qua nescit, & diuidet  
eum; partemque eius cum infidelibus po-  
net..

Ille

III. Ille autem seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.

IV. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.

### N O T A.

*An ad omnes? non respondat Dominus directè subiungendo: ad omnes; sed indirec-  
tè per parabolam dispensatoris fidelis ac pru-  
denteris, qualis non esset, si non omnibus de fa-  
milia daret tritici mensuram suo tempore  
congruentem; significans doctrinam de vigi-  
lando, esse communem omnibus, non secus, ac  
triticem; ac panis sunt cibus communis om-  
nibus.*

---

### M E D I T . C X V I I I .

*Ex Luca 12. num. 50. ad 57.*

I. *I*gnem veni mettere in terram, & quid volo nisi ut accendatur? Baptismo autem habeo baptizari; & quomodo coarctor, usque dum perficiatur?

II. *P*utatis quia pacem veni dare in terram? Non dico vobis, sed separati-  
nem.

nem. Erunt enim ex hoc quinque in domo una diuisi, tres in duos, & duo in tres: diuidentur Pater in Filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem; sacerdos in curum suam, & curus in socrum suam.

III. Dicbat autem, & ad turbas. Cum videritis nubem orientem ab Occasu, statim dicitis nimbus venit, & ita sit, & cum austrum flantem, dicitis, quia aestus erit, & sit. Hypocritæ, faciem cœli, & terræ nostis probare: hoc autem tempus, quomodo non probatis? Quid autem, & à vobis ipsis non iudicatis, quod iustum est?

---

### MEDIT. CXIX.

*Ex Luca 13. num. 1. ad 9.*

I. **A**Derant autem quidam ipso in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum: Et respondens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi penitentiam habueritis, omnes simul peribitis.

II. Sicut illi decem, & octo supra cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia, & ipsi debitores fuerint

riat præter omnes homines habitantes  
in Ierusalem? Non dico vobis, sed si pœ-  
nitentiam non egeritis, omnes similiter  
per bitis.

III. Dicebat autem, & hanc similitu-  
dinem. Arborēm fici habebat quidam  
plantatam in vinea sua, & venit quærens  
fructum in illa, & non inuenit. Dixit au-  
tem ad cultorem vineæ. Ecce anni tres  
sunt ex quo venio quærens fructum in  
ficusne hac, & non inuenio. Succide  
ergo illam; ut quid etiam terram occu-  
pat? At ille respondens dicit illi: Domi-  
ne dimitte illam, & hoc anno usque dum  
fodiam circa illam, & mittam stercore:  
& si quidem fecerit fructum: Sin autem  
in futurum succides eam: Erat hic 3. an-  
nus predicationis Christi.

## N. O. T. A.

Miscuit cum sacrificijs eorum; fuerunt  
hi, ut narrat Iosephus lib. 18. antiqu. cap. 7.  
seditionis quidam oriundi ex Galilæa, qui sum-  
ptis armis congregati in Samaria in monte  
Garizia, iussi sunt à Pilato incircumdati vi-  
ctimas sacrificare.

*MEDIT. CXX.**Ex Lncæ 13. num. 10. ad 17.*

I. **F**rat autem docens in Synagoga eorum Sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem. & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum vidisset IESVS, vocauit ad se, & ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua, & imposuit illi manus, & confessim erecta est, & glorificabat Deum.

II. Respondens autem Archisynagogus, indignans quia Sabbato curasset IESVS, dicebat turbæ: sex diēs sunt in quibus oportet operari, in his ergo venite, & curamini, & non in die Sabbati. Respondens autem ad illum Dominus dixit: Hypocritæ, unusquisq; vestrum Sabbato non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & dicit ad aquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanæ, ecce decem, & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die Sabbati?

III. Et cum hæc diceret, erubescabant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vanitatis, quæ gloriose fiebant ab eo.

**M E.**

MEDIT. CXXI.

*Ex Luca 10. num. 17. ad 24.*

I. **R**uerfi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes : Domine etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo . Et ait illis : Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem .

II. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes , & scorpiones , & super omnem virtutem inimici , & nihil vobis nocebit : Veruntamen in hoc nolite gaudere , quia Spiritus vobis subijciuntur ; Gaudete autem , quod nomina vestra scripta sunt in cœlis .

III. In ipsa hora exultauit Spiritu Sā. Eto , & dixit : Confiteor tibi Pater Domīne cœli , & terræ , quod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis , etiam sc̄u ita Pater , quoniam sic placuit ante te .

IV. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo , & nemo nouit quis sit Filius , nisi Pater , & quis sit Pater , nisi Filius . & cui voluerit Filius reuelare ; & conuersus ad Discipulos suos dixit : Beati oculi qui vident quæ vos videtis . Dico enim vobis , quod multi Prophetæ , & Reges volebunt videre , quæ vos videtis , & non vide-

N

ruat;

290 SECUNDA PARS  
runt; & audire quæ auditis, & non au-  
dierunt.

*Reuersionem 72. discipulorū; narrat Lucas  
scacim, occasione missionis eorum ad prædi-  
candum, sed corīe intercesserunt multi dies:  
quare autem eam hoc loco, referam, ante su-  
fcepsum iter in Ierusalem, dixi Tomo 1. Chro-  
nologia Reformata lib. 8. cap. 15.*

### N O T A.

Videbam Satanam; quasi diceret; quid  
mirum si demonia eioceritis in nomine meo,  
cum olim Satanas electus fuerit de Cœlo sta-  
tim, ac mibi inuidens, voluit esse Deus, idest  
voluit ut assumeretur eius natura Angelica  
potius quam humana; vel quasi dicat cauete,  
ne inanis gloria sit vobis occasio cadendi de  
statu electorum, sicut olim fuit Satana, &  
dum de electis demonibus gloriamini, cadatis  
de Ecclesia, vel gratia Dei.

---

### M E D I T . C X X I I .

*Ex Lucae I 3. num. 22. ad 30.*

I. **E**t ibat per Ciuitates, & Castella-  
docens, & iter faciens in Ierufa-  
lem. Ait autem illi quidam: Domine  
si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem  
dixit ad illos: Contendite intrare per  
angustam portam: quia multi dico vo-  
bis,

bis, quærent intrare, & non poterunt.

II. Cùm autem intrauerit Pater familiæ, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine aperi nobis, & respondens dicet vobis nescio vos vnde sitis: Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti, & dicet vobis: Nescio vos vnde sitis: discedite à me omnes operarij iniquitatis.

III. Ibi erit fletus, & stridor dentium, cùm videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi, qui erunt primi, & sunt primi, qui erunt nouissimi.

---

### MEDIT. CXXIII.

*Ex Lucæ 13. num. 31. ad 35.*

I. **I**N ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum dicentes illi: Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite; & dicite vulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consummor. Veruntamen iacet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem.

II. Ierusalem Ierusalem , quæ occidis prophetas , & lapidas eos qui mittuntur ad te , quoties volui congregare filios tuos , quemadmodum auis nidum suum sub pennis , & noluisti : Dico autem vobis quia non videbitis me donec veniat cum dicetis : Benedictus qui venit in nomine Domini . Hec ultima verba dico autem , &c. referuntur hic occasione Ierosolyma , &c. esto postea dicta fuerint ; nam ante ingressum die palmarum , interfuit Dominus Ierosolymis in festo Enceniorum ; aut hoc loco restringitur ad Pharisaos , qui erant ex terra Ierusalem , & nunciarant illi de insidijs Herodis , qui eum non erant visuri Ierosolyme , nisi occasione ingressus cum palmus .

## N O T A E.

Vulpi illi : siue Herodi , siue potius illi Phariso , qui , ut facilius capi posset Christus , suadebat , ut quam primum migraret à Galilea in Iudeam fingens periculum manendi in Galilee : nam Gracè est ἀλόπιν τάῦτα . Vulpi huic .

Hodie , & cras , & tertia die , id est per aliquod etiam paruum tempus .



## MEDIT. CXXIV.

*Ex Luce 14. num. 1. ad 14.*

I. **E**t factum est, cum intraret IESVS in domum cuiusdam Principis Phariseorum Sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens IESVS dixit ad Legisperitos, & Phariseos dicens; Si licet Sabbato curare? At illi tacuerunt, ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit, cuius vestrum asinus, aut bos, in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die Sabatti? Et non poterant ad haec responde-re illi.

II. Dicebat autem ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuprias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & veniens iste, & illum vocavit, dicat tibi. Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade recumbe in nouissimo loco, ut cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: amice ascende superius, tunc eris tibi gloria coram simul discubentibus:

N 3

Quia

**Quia omnis qui se exaltat humiliabitur,  
& qui se humiliat exaltabitur.**

III. Dicebat autem , & ei qui se inuitauerat, cùm facis prandium, vel cœnam, noli vocare amicos tuos , neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte te , & ipsi reinuitent , & fiat tibi retributio . Sed cùm facis conuum, voca pauperes , debiles , claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi ; retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum .

---

### MEDIT. CXXV.

*Ex Luce 14. num. 15. ad 24.*

I. **H**Æc cum audisset quidam de simul discubentibus dixit: Beatus qui manducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei. Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, ut venirent, quia iam parata sunt omnia, & coepérunt omnes simul excusare.

II. Primus dixit ei : Villam emi, & necesse habeo exire , & videre illam : rogo te habe me excusatum . Et alter dixit : Iuga bouum emi quinque , & eo probare illa, rogo te habi me excusatum : & alius dixit ; Vxorem duxi , & ideo non possum venire .

Et

III. Et reuersus seruus, nunciauit hæc Domino suo. Tunc iratus pater familias dixit seruo suo: Exi citè in plateas, & vi-  
cos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, &  
cæcos, & claudos introduc huc. Et ait  
seruus, Domine factum est ut imperasti,  
& adhuc locus est. Et ait Dominus ser-  
uo: exi in vias, & sepes, & compelle in-  
trare, ut impleatur domus mea.

IV. Dico autem vobis, quòd nemo vi-  
rorum illorum, qui vocati sunt, gustabit  
coenam meam.

## N O T A.

*Docuerat Christus inuitandos prius pau-  
peres, ac debiles ad coenam; nunc id confirmat  
alia ratione, quia scilicet hi facilius, accop-  
pant, & veniunt ad coniuicium; esto hac para-  
bola, dirigetur contra superbiam Phariseo-  
rum, qui Christo inuitanti ad magnam coe-  
nam, id est ad eternam beatitudinem, non ges-  
fere morem.*

---

## M E D I T . C X X V I .

*Ex Luca 14. à num. 24. ad finem.*

I. **I**Bant autem multæ turbæ cum eo, &  
**I** conuersus dixit ad illos: Si quis ve-  
nit ad me, & non odit patrem suum, &  
matrem, & vxorem, & filios, & fratres,

296 SECUNDÆ PARS

& sorores, adhuc autem animam suam; non potest meus esse discipulus, & qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

II. Quis enim ex vobis volens currim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum? Ne postea quām posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiāt illudere ei dicentes: Quia hic homo coepit ædificare, & non potuit consummare?

III. Aut quis Rex iturus committere bellum aduersus alium Regem, non sedens priùs cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente legationem mittens, rogar ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ poscidet, non potest meus esse discipulus.

MEDIT. CXVII.

*Ex Luca 15. num. I. ad 10.*

I. Erant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, ut audirent illum: Et murmurabant Pharisei, & Scribæ dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis, & ait ad illos parabolam istam dicens.

Quis

**II.** *Quis ex vobis homo , qui habet centum oves, & si perdiderit vnam ex illis , nonne dimittit nonaginta nouem in deserto , & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam ? Et cum inuenerit imponit in humeros suos gaudens , & veniens domum conuocat amicos, & vicinos dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat . Dico vobis , quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis , qui non indigent pœnitentia .*

**III.** *Aut quæ mulier habens drachmas decem , si perdiderit drachmam vnam , nonne accedit lucernam, & euerrit dominum , & querit diligenter donec inueniat ? & cum inuenerit conuocat amicas, & vicinas dicens: congratulamini mihi, quia inueni drachmam , quam perdidera m . Ita dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei , super uno peccatore pœnitentiam agente .*

---

*M E D I T . C X X V I I I .**Ex Luca 15. num. 11. ad 24.*

**I.** *A* It autem , homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis : Pater da mihi portionem substantiaz , quæ me contingit . Et diuisit il-

lis substantiam, & non post multos dies congregatis omnibus, adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè; et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, et ipse cœpit egere, et abiit, et adhæsit vni ciuium regionis illius, et misit illum in villam suam, ut pasceret porcos, et cupiebat implere ventrem suum de filiis, quas porci manducabant, et nemo illi dabat.

**II.** In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo? Surgam, et ibo ad patrem meum, et dicam ei: Pater peccavi in cœlum, et corram te; iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.

**III.** Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhac longè esset, vedit illum pater ipsius, & misericordia motus est, et accurrens cecidit super collum eius, et osculatus est eum. Dixitque ei filius. Pater peccavi in cœlum, et corram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.

**IV.** Dixit autem pater ad seruos suos: citò proferte stolam primam, et induite illum, et date annulum in manu eius, et calceamenta in pedes eius. Et adducite vitulum saginatum, et occidite, et mandu-

ducemus, et epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, et reuixit; perierat, et inuentus est. Et cœperunt epulari.

---

## MEDIT. CXXIX.

*Ex Luca 15. num. 25. ad 32.*

I. **E**rat autem filius eius senior in agro, et cùm veniret, et appropinquaret domui, audiebat Symphoniam, et chorum, et vocauit unum de seruis, et interrogauit quid hæc essent? isq; dixit illi: Frater tuus venit, et occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, et nolebat introire.

II. Pater ergo illius egressus, coepit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo: Ecce tot annos seruo tibi, et nunquam mandatum tuum præteriui, et nunquam dedisti mihi hoedum, ut cum amicis meis epularet: Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.

III. At ipse dixit illi: Fili tu semper tecum es, et omnia mea, tua sunt. Epulari autem, et gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, et reuixit; perierat, et inuentus est.

## MEDIT. CXXX.

Ex Luca 16. num. 1. ad 12.

I. Dicebat autem, et ad Discipulos suos. Homo quidam erat diues, qui habebat villicum; et hic dissipatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius, et vocauit illum, et ait illi. Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tux, iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se, quid faciam, quia Dominus meus aufert a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco, scio quid faciam, ut cum amotus fuero a villicatione, recipient me in domos suas.

II. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? at ille dixit: centum cados olei: dixitq; illi, accipe cautionem tuam; et sede citò, scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu verò quantum debes? qui ait: centum coros tritici. Ait illi accipe litteras tuas, et scribe octoginta: Et laudauit Dominus villicum iniustitiae, quia prudenter fecisset; quia filij huius seculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.

III. Et ego dico vobis, facite vobis amicos de mamma iniustitiae, ut cum de-

defectitis, recipiant vos in æterna tabernacula.

IV. Qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod vestrum est quis crederet vobis? & si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis?

### N O T A.

In alieno, & quod vestrum est, opes enim temporales sunt Dei potiusquam b. minum, nec apta ad beatificandam animam, ut opes spirituales gratia, & virtutum sunt magis propria, & permanentia in aeternum.

---

### MEDIT. CXXXI.

Ex Luca 16. nu. 14. 15. & 19.  
ad 31.

I. **A**udiebant autem omnia hec Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum, & ait illis: Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatione est ante Deum.

II. Homo quidam erat diues, & ip-

due-

duebatur purpura , & bysso , & epulabatur quotidie splendidè , & erat quidam mendicus nomine Lazarus , qui iacebat ad ianuam eius , viceribus plenus , cupiens saturari de micis , quæ cadebant de mensa diuitis , & nemo illi dabat ; sed & canes veniebant , & lingebant vlcera eius , factum est autem , ut moreretur mendicus , & portaretur ab Angelis in finum Abraham.

III. Mortuus est autem diues , & sepultus est in inferno : eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis , vidit Abraham à longè , & Lazarum in finu eius , & ipse clamans dixit : Pater Abraham miserere mei , & mitte Lazarum , ut intingat extremum digiti sui in aquam , ut refrigeret linguam meam , quia crucior in hac flamma : Et dixit illi Abraham : Fili recordare quia recepisti bona in vita tua , & Lazarus similiter mala , nunc autem hic consolatur , tu vero cruciaris , & in his omnibus inter nos , & vos Chaos magnum firmatum est , ut hi qui volunt hinc transire ad vos , non possint , neque inde huc transire.

IV. Et ait : rogo ergo te pater ut mittas eum , in domum patris mei , habeo enim quinque fratres , ut testetur illis , ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum . Et ait illi Abraham . Habent Moy-sen , & Prophetas , audiant illos . At ille dixit : non pater Abraham : sed si quis ex-

mor-

mortuis ierit ad eos, penitentiam agent.  
Ait autem illi: Si Moysen, & Prophetas  
non audiunt, neque si quis ex mortuis  
resurrexerit, credent.

## N O T A E.

*Diues: hic ex traditione hebraorum apud Euthymium Iudeus erat nomine Nincusis.*

*Eleuans oculos: Deo scilicet reuelante, ad maiorem eius cruciatum, ait enim S. Gregorius homil. 40. & ex eo Glotta. Credendum est ante iudicium conspicere ab iniustis iustos quosdam in requie, ut de illorum bono crucientur: iusti verò semper in tormentis iniustos intuentur, ut eorum gaudium crescat, dum malum conspi- ciunt, quod misericorditer euaserunt.*

---

## M E D I T . C X X X I I .

*Ex Luca 17. num. 8. ad 10.*

I. **E**T dixerunt Apostoli: Domine, adauge nobis fidem: dixit autem Dominus; si habereatis fidem sicut granum Sinapis, diceretis hunc arbori moro: eradicare, & transplantare in mare, & obediret vobis.

II. Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem, qui regreso de agro dicat illi. Statim transfi- cum-

304 SECUNDA PARS  
cumbe , & non dicit ei : Para quod cœ-  
nem , & præcinge te , & ministra mihi,  
donec manducem , & bibam , & post hæc  
tu manducabis , & bibes ?

III. Nunquid gratiam habet seruo illi,  
quia fecit quæ illi imperauerat ? non pu-  
to . Sic & vos cum feceritis omnia, quæ  
præcepta sunt vobis , dicite : serui inuti-  
les fuimus , quod debuimus facere feci-  
mus.

---

### MEDIT. CXXXIII.

*Ex Luce 18. num. 1. ad 14.*

I. D icebat autem , & parabolam ad illos , quoniam oportet semper orare , & non deficere dicens : Iudex qui-  
dam erat in quadam ciuitate , qui Deum  
non timebat , & hominem non reuere-  
batur . Vidua autem quædam erat in  
ciuitate illa , & veniebat ad eum dicens :  
Vindica me de aduersario meo , & nole-  
bat per multum tempus . Post hæc au-  
tem dixit intra se , & si Deum non timeo ,  
nec hominem reuercor , tamen quia mo-  
lestia est mihi vindicabo illam , ne in no-  
uissimo veniens suggillet me : Ait autem  
Dominus , audite quid iudex iniquitatis  
dicit . Deus autem non faciet vindictam  
electorum suorum , clamantium ad se  
dic , ac nocte , & patientiam habebit in  
illis?

illis? Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens putas, inueniet fidem in terra?

II. Dixit autem, & ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur coeteros parabolam istam. Duo homines ascendebant in templum, ut orarent; unus Phariseus, & alter Publicanus. Phariseus stans, hæc apud se orabat. Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut coeteri hominum raptores, iniusti, adulteri; velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in Sabbato: *ideft in Hebdomada*, decimas do omnium quæ posfideo.

III. Et Publicanus à longè stans nolebat, nec oculos ad cœlum leuare; sed percutiebat pectus suum dicens. Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo, quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

### MEDIT. CXXXIV.

*Ex Ioannis 10. num. 12. ad 29.*

I. **F**Acta sunt autem Encænia in Ierusalem, & hiems erat, & ambulabat IESVS in templo in porticu Salomo-

monis circumdederunt ergo eum Iudei,  
 & dicebant ei: Quousque animam no-  
 stram tollis? Si tu es Christus dic nobis  
 palam. Respondit eis IESVS, loquor vo-  
 bis, & non creditis: Opera quæ ego facit  
 in nomine Patris mei, hæc testimonium  
 perhibent de me.

II. Sed vos non creditis, quia non  
 estis ex ouibus meis. Oves meæ vocem  
 meam audiunt, & ego cognosco eas, &  
 sequuntur me, & ego vitam æternam  
 do eis.

III. Et non peribunt in æternum, &  
 non rapiet eas quisquam de manu meæ:  
 Pater meus quod dedit mihi, maius om-  
 nibus est, & nemo potest rapere de ma-  
 nu patris mei.

### N O T A:

**Encænia**: id est festum Renouationis, seu  
 instauracionis Templi, quod etiam dicebatur  
 Festum Luminarium, de quo i. Machab.  
 c. 4. inchoabatur autem die 25. mensis Cas-  
 leu, circa medium Decembris, & durabat  
 per 8. dies.

depo depo  
 depo depo


M E.

*MEDIT. CXXXV.**Ex Iohannis 10. num. 30. ad 39.*

I. **E**go, & Pater vnum sumus : sustule-  
runt lapides Iudæi , vt lapidarent  
eum . Respondit eis IESVS : Multa bo-  
na opera ostendi vobis ex Patre meo ,  
propter quod eorum opus me lapida-  
tis ?

II. Responderunt ei Iudæi ; de bono  
opere non lapidamus te , sed de blasphem-  
ia , & quia tu homo cum sis , facis te ipsum Deum . Respondit eis IESVS: Nonne scriptum est in lege vestra , quia ego dixi dij estis, si illos dixit Deos , ad quos sermo Dei factus est , & non potest solui Scriptura . Quem Pater sanctificauit , & misit in mundum vos dicitis , quia blasphemas , quia dixi Filius Dei sum ?

III. Si non facio opera patris mei , no-  
lite credere mihi , si autem facio ; & si mihi  
non vultis credere , operibus credite :  
vt cognoscatis , & credatis , quia Pater in  
me est , & ego in Patre . Quærebant ergo  
eum apprehendere : & exiuit de mani-  
bus eorum .

**M E.**

**MEDIT. CXXXVI.**

*Ex Matt. 19. m. 1. ad 12. Marci 10.  
m. 1. ad 12. Luca 16. num.  
18. Ioann. 10. num.*

40. 42.

I. **E**t inde exurgens venit in fines Iudeæ ultra Iordanem in eum Iohannem, ubi erat Iohannes baptizans primū, & mansit illic; & secutæ sunt eum turbæ multæ, & multi venerunt ad eum, & dicebant; quia Iohannes quidem signum fecit nullum, omnia autem quæcunq; dixit Iohannes de hoc vera erant, & curauit eos ibi, & sicut consueuerat iterum docebat illos, & multi crediderūt in illum. Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & interrogabant eum dicentes. Si licet viro dimittere vxorem suam, quacunque ex causa? Qui respondens ait eis. Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum, & foeminam fecit eos? Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suę, & erunt duo in carne vna: Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

II. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere?

tere? *sem ut Marcus.* Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerunt. Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens IESVS ait: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, & scripsit vobis præceptum istud: ab initio autem creaturæ non fuit sic.

III. Et in domo iterum Discipuli eius de eodem interrogauerunt eum, & ait illis: Dico vobis, quia quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, *sem* adulterium committit super eam, & si uxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur, & qui dimissam duxerit mœchatur. Dicunt ei Discipuli eius. Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus; & sunt Eunuchi, qui seipsostr castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat.



## MEDIT. CXXXVII.

*Ex Matt. 19. nn. 13. ad 24. Marc. 10. nn. 13. ad 25. Luc. 18.  
num. 15. ad 25.*

I. **V**nc oblati sunt ei paruuli infantes, ut eis manus imponeret, & eos rangeret, & oraret: quod cum videbant Discipuli, increpabant eos, & comminabantur offerentibus. Quos cum videbat IESVS indignè tulit, & conuocans illos, ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos ad me venire, talium enim est regnum cœlorum: amen dico vobis, quicunque non receperit regnum Dei sicut puer paruulus, non intrabit in illud: Et complexans eos, & imponens manus super illos benedicebat eis, & cum imposuisset eis manus abiit inde.

II. Et cum egressus esset in viam, ecce præcurrrens quidam princeps, & accedens genuflexo interrogauit eum Magister bone, quid boni faciens vitam æternam possidebo? IESVS autem dixit ei: Quid me dicis bonum, quid me interrogas de bono? Nemo bonus nisi unus Deus: Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Mandata nosti? Non homicidium

fa-

facies, non adulterabis, non furtum facies, ne fraudem feceris, ne falsum testimonium dixeris: Honora Patrem tuum, & Matrem, & diliges proximum tuum sicut te ipsum.

III. At ille respondens ait illi; Magister hæc omnia custodiui à iuuētute mea; quid adhuc mihi deest? IESVS autem intuitus eum, dilexit illum, & ait illi, adhuc vnum tibi deest: si vis perfectus esse, vade, vende quæcunque habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me.

IV. Cum audisset autem adolescens verbum, contristatus est in verbo, et abiit moerens, quia diues erat valde, et habens multas possessiones. Videns autem IESVS illum tristem factum, circumspiciens ait Discipulis suis: Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum, *sic* Quām difficile qui pecunias habent intrabunt in regnum Dei? Discipuli autem obstupescabant in verbis eius. At IESVS rursus respondens ait illis: Filioli quam difficile est confidentem in pecunijs, in regnum Dei introire, facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei.

633-000-670

M E.

*MEDIT. CXXXVIII.*

*Ex Matt. 19. nū 25. ad 30. Marci  
10. nū 26. ad 31. Luc. 18.  
num. 26. ad 30.*

I. **A**viditis autem his Discipuli valdē magis admirabantur , dicentes ad semetipos , et quis ergo poterit saluus fieri ? Intuens autem illos IESVS ait : apud homines hoc impossibile est , sed non apud Deum , omnia enim quæ impossibilia sunt apud homines , possibilia sunt apud Deum .

II. Tunc respondens Petrus dixit ei : Ecce nos reliquimus omnia , et secuti sumus te , quid ergo erit nobis ? IESVS autem dixit illi : Amen dico vobis , quod vos qui secuti estis me in regeneratione , cum federit Filius hominis in sede maiestatis suæ , sedebitis et vos super sedes duodecim , iudicantes duodecim tribus Israel .

III. Et omnis qui reliquerit Domum , vel fratres , aut sorores , aut patrem . aut matrem , aut vxorem , aut filios , aut agros propter nomen meum , centuplum accipiet , et vitam æternam possidebit . Multi autem erūt primi nouissimi , et nouissimi primi , ita Matth. ac Marc. & Luc. ut infra .

Ne-

**IV.** Nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter me, & Euangelium, seu regnum Dei, & non recipiat multo plura, & centies centum, nunc in tempore hoc; domos, & fratres, & sorores, & matres & filios, & agros, cum persecutionibus, idest cum confessarijs, & iuribus agendi, ac persequendi in iudicio bona adnexa, & in seculo venire vitam eternam.

---

**MEDIT. CXXXIX.***Ex Matth. 20. num. 1. ad 16.*

**I.** Simile est regnum Cœlorum homini patri familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam: conuentione autem facta cū operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam, & egressus circa horam tertiam, vidiit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: Itē & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt; iterum autem exiit, circa sextam, & nonam horam, & fecit similiter. Circa undecimam verò exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit: dicit illis: ite, & vos in vineam meam.

O

Cum

II. Cum serò autem factum esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cùm venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem, & primi, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi: acceperunt autem, & ipsi singulos denarios; & accipientes murmurabant aduersus patrem familias dicentes: Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstus.


III. At ille respondens vni eorum dixit. Amice, non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade: Volo autem, & huic nouissimo dare sicut, & tibi: Aut non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi, multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

*Hoc ultimum dictum, dixerat Dominus ansa, ut retuli puncto 3. Meditationis praedensis, sed voluit confirmare hac Parabola.*

Digitized by Google

319

# TERTIA PAR<sup>S</sup> EVANGELICÆ HISTORIÆ, In Meditationes CIII. distributa, Et inchoanda ipsâ Dominica Septuagesimæ.



*M E D I T. I.*

*Ex Ioannis II. num. 1. ad 27.*

I. **E**RAT autem quidam languens Lazarus à Bethania de Castro lo Mariæ, & Marthæ sororis eius. Maria autem erat, quæ vñxit Dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo Sorores eius ad eum dicentes: Ecce quem amas infirmatur. Audiens autem IESVS, dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam. Diligebat autem IESVS

O 2 SVS

316 TERTIA PARS  
SVS Martham, & sororem eius Mariam,  
& Lazarum.

II. Ut ergo audiuit, quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post haec dixit Discipulis eius: Eamus in Iudeam iterum: dicunt ei Discipuli: Rabbi nunc quarebant te Iudei lapidare, & iterum vadis illuc? Respondit IESVS: Nonne duodecim sunt horae diei? Si quis ambulauerit in die non offendit, quia lucem huius mundi videt: si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo. Haec ait, & post haec dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno excitem eum. Dixerunt ergo Discipuli eius: Domine si dormit, saluus erit: Dixerat autem Iesus de morte eius; Illi autem putauerat, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo IESVS dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, ut credatis quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum.

III. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos suos; eamus & nos, & moriamur cum illo. Venit itaque IESVS, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Iudeis venerant ad Martham, & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit quia IESVS venit, occurrit

rit illi : Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad IESVM. Domine si fuies hic, frater meus non fuisset mortuus: sed & nunc scio , quia quæcunque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

IV. Dicit illi IESVS. Resurget frater tuus . Dicit ei Martha , scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die .. Dixit ei IESVS : Ego sum resurrectio , & vita , qui credit in me , etiam si mortuus fuerit viuet, & omnis qui viuit , & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: vtique Domine ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei viui , qui in hunc mundum venisti .

## N O T A.

Duodecim horæ diei ; Antiqui enim quoque dies artificiales diuidebant in 12. horas , ideoq; byberna erant breviores horis astutis .

---

## M E D I T . II.

*Ex Ioannis II. num. 36. ad 45.*

I. ET cum hæc dixisset abiit, & vocavit Mariam sororem silentio dicens . Magister adest , & vocat te . Illa ut audivit , surgit citè , & venit ad eum : Nondum enim venerat IESVS in Castel-

O 3 lum,

Iam, sed erat adhuc in illo loco, ubi ocurrerat ei Martha, Iudei ergo qui erant cum ea in Domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia citè surrexit, & exiit secuti sunt eam dicentes, quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi: Maria ergo cum venisset ubi erat Iesus, videntes eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.

II. Iesus ergo ut vidit eam plorantem, & Iudeos qui venerant cum ea plorantes infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit ubi posuistis eum? Dicunt ei; Domine veni, & vide; & lacrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudei; ecce quomodo amabat eum! Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, ut hic non moriceretur?

III. Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum: erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: tollite lapidem: Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat, Domine iam foetet, quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi quia si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem: Iesus autem eleuatis rursum oculis dixit: Pater gratias ago tibi, quoniam audisti me; ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat dixi,

dixi, ut credant, quia tu me misisti.

IV. Hæc cum dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras, & statim prodijt, qui fuerat mortuus ligatus, pedes, & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abiire. Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

### N O T A.

Institis, id est fascijs sepulcralibus, quibus cadavera cum aromatibus arctè colligabantur: fuit autem alterum miraculum, quod ligatis pedibus incederet, & velains sudario.

---

### M E D I T . III.

*Ex Ioannis I I . num. 43. ad 56.*

I. **Q**uidam autem ex ipsis abierunt ad Phariseos, & dixerunt eis, quæ fecit Iesus. Collegerunt ergo Pontifices, & Pharisei concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.

II. Vnus autem ex ipsis Caiphas no-

mine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis, quia expedite vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gente, & non pro gente tantum, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.

III. Ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerent eum. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud Iudeos, sed abiit in regionem iuxta desertum in Civitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum Discipulis suis. Proximum autem erat Pascha Iudeorum, & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipso.

IV. Quarebant ergo Iesum, & colloquebantur ad invicem in templo stantes: Quid putatis? quia non venit ad diem festum? Dederant autem Pontifices, & Pharisei mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet ut apprehendant eum.

Hoc fuit quartum Pascha annorum Prædicationis Christi, quod incidit in annum 33. Saluatoris, & in feriam 6. die 3. Aprilis, ut docui somo 1. Chronologia Reform. l. 8.

### N O T A.

Et venient Romani: si enim omnes credant

dant in Christum, cum tandem pro Rege Iudaorum habebunt, & Romanus Imperator punebat nos quoq; in id consensisse, & contra nos irratabitur.

Caiphas: hoc erat eius cognomen, nomen autem Ioseph, ut ex Iosepho historico patet l. 18. antiqu. c. 3. sedque à multis iam annis medum initio predicationis S. Io. Baptista, ut cap. 3. Luca patet: Quare illud: Pontifex anni illius, non significat fuisse annum Pontificem, sed illo anno, non negando de alijs annis.

Prophetauit, licet enim alia intentione verba illa protulerit, & mortem corporalem populi Iudaici, alioquin à Romanis incertione delendi, vitrandam unius mortis instellaverit. Spiritus Sanctus tamen Pontificis verba ad alium sensum direxit, & in formulam talis veritatis, qua prophetiam contineret, de vita acerna electorum per mortem Christi consequenda.

Ephrem, seu Ephraim, distantem à Ierosolymis milliaribus ferè 24.

#### MEDIT. IV.

*Ex Matth. 20. nu. 17. ad 28. Marcii  
10. num. 32. ad 45. Luca  
18. nu. 32. ad 34.*

I. **E**RANT autem in via ascendentes Ierosolymam, & præcedebat illos

O;

Ie-

Iesus , & stupebant , & sequentes timebant , & ascendens Iesus Ierosolymam , assumpit iterum duodecim Discipulos secretò , & coepit illis dicere , quæ essent illi ventura : Quia ecce ascendimus Ierosolymam , & consummabuntur omnia , quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis ; tradetur enim Filius hominis Principibus Sacerdotum , & Scribis , & Senioribus , & condemnabunt eum morte , & tradent eum Gentibus ad illudendum , & flagellandum , & crucifigendum , & illudent ei , & conspuent eum , & flagellabunt eum , & postquam flagellauerint , interficient eum , & tertia die resurget : & ipsi nihil horum intellexerunt , & erat verbum istud absconditum ab eis , & non intelligebant quæ dicebantur .

II. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis adorans , & petens aliquid ab eo , qui dixit ei quid vis ? Ait illi : dic . ut sedeant hi duo filii mei , unus ad dexteram tuam , & unus ad sinistram in regno tuo ; ita *Matt.* at quia ipsi instigauerant matrem , & forte cum ipsa , vel post iterarunt petitionem , ideo *Marcus* refert se . Et accedunt ad eum Iacobus , & Ioannes filij Zebedæi , dicentes . Magister volumus , ut quodcunq; petierimus facias nobis ? & dixerunt : Da nobis , ut unus ad dexteram tuam , & alter ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua . Respondens autem Iesus dixit eis : Nescitis quid

pe-

petatis. Poteris bibere calicem, quem ego dabiturus sum? *sed ut Marcus*, quem ego bibo, aut baptismo, quo ego baptizor baptizari? At illi dixerunt ei: Possumus.

III. Iesus autem ait illis. Calicem quidam meum, quem ego bibo bibetis, & baptismus quo ego baptizor baptizabimini; sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo.

IV. Et audientes decem cœperunt indignari, *sed ut Mattheus*. indignati sunt de duobus fratribus Iacobo, & Ioanne. Iesus autem vocauit eos ad se, & ait illis: Scitis quia hi qui videntur principes gentibus, dominantur eis, & qui maiores sunt potestatem habent ipsorum, & exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicunque voluerint inter vos maior fieri, sit vester minister, & quicunque voluerit inter vos primus esse, erit vester, *sed omnium seruus*. Nam & Filius hominis non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam in redemptionem pro multis.

## N O T A E.

Vnus ad dextram, & alter ad sinistram, viderant enim in Transfiguratione Moysen, & Eliam, stantes unum ad dextram, & alterum ad sinistram Christi tale quid ergo, et iusta operabatur,

O 6

Po-

Potestis bibere calicem? sic interrogat,  
quia hoc requirebasur, non quod ad sufficeret.

Calicem quidem, &c. bibetis: Iohannes  
enim, & calice vereni pleno potatus est, & in  
Ollam fernensis olei, & in exilium missus est:  
Iacobus autem decollatus.

---

## M E D I T . V.

*Ex Luc. 18. nu. 35. ad 43. & c. 19.*

*num. 1. ad 10. Marci 10.*

*num. 45.*

I. Factum est autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam se-debat seclus viam mendicans, & cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset; Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret, & clamauit dicens: Iesu fili David miserere mei, & qui præibant increpabant eum, ut taceret. Ipse vero multo magis clamat: Fili David miserere mei.

II. Stans autem Iesus, iussit illum adducit ad se, & cum appropinquasset, interrogauit illum dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine, ut videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit, & confessim vidi, & sequebatur illum magnificans Deum; & omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo, & veniente

niunt Iericho, & ingressus perambulabat Iericho.

III. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic Princeps Publicanorum, & ipse diues, & quærebatur videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba, quia statura plus illus erat: & præcurrens ascendit in arborum Sycomorum, ut videret eum, quia inde erat transitus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidi illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descendit, quia hodie in domo tua oportet me manere; & festinans descendit, &cepit illum gaudens.

IV. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorum diuertisset. Stans autem Zachæus dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod, & ipse filius fit Abrahæ. Venit enim Filius hominis querere, & saluum facere, quod perierat.

### N O T A.

*Do, & reddo: non dixit dabo, & reddam, iam sum enim firmissimo proposito, & promissione decretis efficaciter, id quam primum exequi.*

M.L.

## MEDIT. VI.

Ex Luca 19. num. II. ad 28.

I. **H**ec illis audientibus adjiciens dixit parabolam, eo quod esset prope Ierusalem, & quia existimarent, quod confessum regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti: Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post eum dicentes: Nolumus hunc regnare super nos.

II. Et factum est ut rediret accepto regno, & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens: Domine mna tua decem mnas acquisiuit, & ait illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter venit dicens: Domine mna tua fecit quinque mnas, & huic ait, & tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit dicens: Domine ecce mna tua, quam habeo repositam in sudario, timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.

ri. Dicit ei : de ore tuo te iudico seruo nequam : sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui : Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum usuris utiq; exigissim illam ?

III. Et astantibus dixit : Auferte ab illo mnas, & date illi , qui decem mnas habet, & dixerunt ei : Domine habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo .

IV. Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc , & interficite ante me . Et his dictis præcedebat ascendens Ierosolymam .

### N O T A.

*Mnas, seu Minas : Mina argentea Attica continebat drachmas 96. seu quasi 100. seu unam libram argenti nostris 10. scinis argenteis respondentem.*



## MEDIT. VII.

*Ex Matth. 20. nn 29. ad 34. Marci  
10. nn. 46. ad 52. Ioannis  
12. nn. I. ad II.*

I. **E**t proficidente eo de Iericho, & Discipulis eius, & plurima multitudo, ecce duo cæci sedentes secus viam, *inter quos unus insignior filius Timæi Bartimæus* sedebat iuxta viam mendicās, qui cum audissent quia Iesus Nazarenus transtiret, clamauerunt dicentes: Domine Iesu fili David miserere nostri. Turba autem increpabat eos, & comminabantur eis, ut tacerent. At illi multo magis clamabant: Domine Fili David miserere nostri, & stetit Iesus, & præcepit vocari illos, & vocant cæcum *insigniorem scilicet Bartimaeum* dicentes ei: Animæquior es tu, surge vocat te: Qui proiecto vestimento suo exiliens venit ad eum: Et respondens Iesus dixit illis: Quid vultis, ut faciam vobis? Dicunt ei Rabboni, seu Domine; ut aperiantur oculi nostri, ut videamus. Misertus autem eorum Iesus tetigit oculos eorum, & dixit illis: ite fides vestra vos saluos fecit, & confessim viderunt, & secuti sunt eum in via.

II. Iesus ergo ante sex dies Paschæ  
ve-

venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discubentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, et extersit pedes eius capillis suis. Et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo unus ex Discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus; Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, et datum est Egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum; sed quia fur erat, et loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.

III. Dixit ergo Iesus: sine illam ut in diem sepulturæ meæ seruet illud: Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis.

IV. Cognouit ergo turba multa ex Iudeis, quia illic est, et venerunt, non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitauit a mortuis. Co-gitauerunt autem Principes Sacerdotum, ut et Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudeis, et credebant in Iesum.



**MEDIT. VIII.**

**Ex Mass. 21. m. 5. ad 11. Lnc. 19.**  
**m. 29. ad 40. Ioann. 12.**  
**m. 12. ad 19.**

I. IN Crafinum autem , cum appro-  
pinquassent Ierosolymis , et venis-  
sent Bethphage prope Bethaniam , ad  
montem qui vocatur Oliueti , *scilicet* Oliua-  
rum , tunc Iesus misit duos ex Discipulis  
suis dicens eis : Ite in Castellum quod  
contra vos est , et statim introeuntes il-  
luc , inuenietis asinam alligatam , et pul-  
lum asinæ alligatum cum ea , super quem  
nemo adhuc hominum sedet : soluite il-  
lum , et adducite mihi , et si quis vos in-  
terrogauerit , et dixerit vobis ; quid faci-  
tis , quare soluitis ? Sic dicetis eis : Quia  
Domino necessarius est , *scilicet ut* Lnc. quia  
Dominus operam eius desiderat ; et con-  
festim dimittet eos huc ; Euntes autem  
Discipuli inuenient pullum ligatum  
ante ianuam foris in bucio . Soluentibus  
autem illis pullum , quidam de illic stan-  
tibus Domini eius dixerunt ad illos ; quid  
facitis soluentes pullum ? at illi dixerunt  
eis , sicut præceperat illis Iesus , quia Do-  
minus eum necessarium habet , et dimise-  
runt eis , et adduxerunt asinam , et pul-  
lum

lum ad Iesum , et imposuerunt super eos vestimenta sua , et cum eis super sedere fecerunt ; *secundum ut Iohann.* Inuenit Iesus asellum , et sedet super eum ; Hoc autem totum factum est , ut adimpleretur , quod scriptum est per Prophetam , *nempe partim Isaiam cap. 62. partim Zachariam c. 9.* dicentem : Dicite filiæ Sion , ecce Salvator tuus veniet ; noli timere filia Sion , ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam , et super pullum filium asinæ subiugalis .

II. Plurima autem turba , quæ venerat ad diem festum , cum audissent , quia venit Iesus Ierosolymam , eunte illo substernebant vestimenta sua in via , alij autem cædebant ramos , et frondes de arboribus , et sternebant in via , et acceperunt ramos palmarum , et processerunt obuiam ei , et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti , cœperunt omnes turbæ descendenter , quæ præcedebant , et quæ sequebantur gaudentes laudare Deum voce magna , super omnibus , quas viderant virtutibus , et clambabant dicentes : Hosanna filio Dauid ; benedictus qui venit Rex Israel in nomine Domini , benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid ; Hosanna in altissimis , pax in cœlo , et gloria in excelsis .

III. Hæc non cognouerunt Discipuli eius primùm : sed quando glorificatus est Iesus , tunc recordati sunt ; quia hæc erant

erant scripta de eo , et hæc fecerunt ei . Testimonium ergo perhibuit turba , quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento , et suscitauit eum à mortuis : propterea , et obuiam venit ei turba , quia audierunt eum fecisse hoc signū , et quidam Phariseorum de turbis dixerunt ad illum : Magister increpa Discipulos tuos . Quibus ipse ait , dico vobis , quia si hi tacuerint , lapides clamabunt . Pharisei ergo dixerunt ad semetipcos : Videntis quia nihil proficimus ? Ecce mundus totus post eum abiit .

---

## MEDIT. IX.

*Ex Luca 19. nn. 41. ad 48. Matth.*

*21. num. 12. ad 17. Marc.*

*II. nn. II. & 12.*

I. **E**t ut appropinquauit , videns ciuitatem fleuit super illam dicens : Quia si cognouisses , et tu , et quidem in hac die tua , quæ ad pacem tibi ; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis . Quia venient dies in te , et circumdabunt te inimici tui vallo , et circumdabunt te , et coangustabunt te vndique , et ad terram prosternent te , et filios tuos , qui in te sunt , et non relinquunt in te lapidem super lapidem , eo quod non cognoueris tem-

tempus visitationis tuæ.

II. Et cùm intrasset Ierosolimam, commota est vniuersa ciuitas dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galileæ, et intrauit Iesus in tèmplum Dei, et eijciebat omnes vendentes, et ementes in templo, et mensas numulariorum, et cathedras vendétium columbas euerit, et dixit eis: Scriptum est quia Domus mea Domus Orationis est, *seu* vocabitur; Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

III. Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, et sanauit eos: Videntes autem Principes Sacerdotum, et Scribæ mirabilia quæ fecit, et pueros clamantes in templo, et dicentes: Hosanna filio Dauid, indignati sunt, et dixerunt ei: Audis; quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis. Utique: nunquam legistis, Quia ex ore infantium, et lactentium perfecisti laudem?

IV. Et circumspexit omnibus, et relictis illis, cum iam vespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim, ibique manxit. Et erat docens quoridie in templo, Principes autem Sacerdotum, et Scribæ, et Principes plebis quærebant illum perdere, et non inueniebant quid facerent illi: Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

V. *Lucna per anticipacionem refert, quid IE.*

Potestis bibere calicem? sic interroget,  
quia hoc requirebasur, non quod ad sufficeret.

Calicem quidem; &c. bibetis: Iohannes  
enim, & calice veneni pleno potatus est, & in  
Ollam fornacis olei, & in exilium missus est:  
Iacobus autem decollatus.

---

## MEDIT. V.

*Ex Luc. 18. nu. 35. ad 43. & c. 19.*

*num. 1. ad 10. Marci 10.*

*num. 45.*

I. **F**actum est autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam se-debat secus viam mendicans, & cum audiaret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset; Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret, & clamauit dicens: Iesu fili David miserere mei, & qui pœribant increpabant eum, ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili David miserere mei.

II. Stans autem Iesus, iussit illum ad-ducit ad se, & cum appropinquasset, in-terrogauit illum dicens; Quid tibi vis fa-ciam? At ille dixit. Domine, vt videam. Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit, & confessim vidi, & seque-batur illum magnificans Deum; & omnis plebs, vt vidi, dedit laudem Deo, & ve-niuit.

niunt Iericho, & ingressus perambulabat Iericho.

III. Et ecce vir nomine Zachæus, & hic Princeps Publicanorum, & ipse diues, & quærerebat videre Iesum quis esset, & non poterat præ turbā, quia statura pusillus erat: & præcurrens ascendit in arborem Sycomorum, ut videret eum, quia inde erat transiturus. Et cùm venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descendit, quia hodie in domo tua oportet me manere; & festinans descendit, &cepit illum gaudens.

IV. Et cum viderent omnes, murmurabant dicentes, quòd ad hominem peccatorēm diuertisset. Stans autem Zachæus dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quòd, & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat.

### N O T A.

*Do, & redbo: non dixit dabo, & reddam, iam sum enim firmissimo proposito, & promissione decrevit efficaciter, id quam primum aequis.*

M Z.

*MEDIT. VI.**Ex Luce 19. num. 11. ad 28.*

I. **H**Æc illis audientibus adjiciens dixit parabolam, eo quod esset prope Ierusalem, & quia existimarent, quod confestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti: Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post eum dicentes: Nolumus hunc regnare super nos.

II. Et factum est ut rediret accepto regno, & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens: Domine mna tua decem mnas acquisiuit, & ait illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestate habens super decem ciuitates. Et alter venit dicens: Domine mna tua fecit quinque mnas, & huic ait, & tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit dicens: Domine ecce mna tua, quam habeo repositam in sudario, timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.

**¶**i. Dicit ei : de ore tuo te iudico  
serue nequam : sciebas quod ego homo  
austerus sum, tollens quod non posui, &  
metens quod non seminaui : Et quare non  
dedisti pecuniam meam ad mensam, &  
ego veniens cum usuris utiq; exegissim  
illam ?

**III.** Et astantibus dixit : Auferte ab  
illo mnam, & date illi , qui decem mnas  
habet, & dixerunt ei : Domine habet de-  
cem mnas. Dico autem vobis, quia om-  
ni habenti dabitur, ab eo autem qui non  
habet, & quod habet auferetur ab eo .

**IV.** Veruntamen inimicos meos il-  
los, qui noluerunt me regnare super se,  
adducite huc , & interficite ante me .  
Et his dictis præcedebat ascendens Iero-  
solymam .

### N O T A.

**Mnas, seu Minas :** *Mina argentea Attica*  
*continebat drachmas 96. seu quasi 100. seu*  
*unam libram argenti nostris 10. scinis argen-*  
*tae respondentem.*



## MEDIT. VII.

*Ex Matth. 20. nn. 29. ad 34. Marcii  
10. nn. 46. ad 52. Ioannis  
12. nn. 1. ad 11.*

I. **E**t proficidente eo de Iericho, & Discipulis eius, & plurima multitudo, ecce duo cæci sedentes secus viam, *inter quos unus insignior* filius Timæi Bartimæus sedebat iuxta viam mendicās, qui cum audissent quia Iesus Nazarenus transiret, clamauerunt dicentes: Domine Iesu fili David miserere nostri. Turba autem increpabat eos, & comminabantur eis, ut tacerent. At illi multo magis clamabant: Domine Fili David miserere nostri, & stetit Iesus, & præcepit vocari illos, & vocant cæcum *insigniorem scilicet Barsimatum* dicentes ei: Animæquior esto, surge vocat te: Qui proiecto vestimento suo exiliens venit ad eum: Et respondens Iesus dixit illis: Quid vultis, ut faciam vobis? Dicunt ei Rabboni, seu Domine; ut aperiantur oculi nostri, ut videamus. Misertus autem eorum Iesus tetigit oculos eorum, & dixit illis: ite fides vestra vos saluos fecit, & confessim viderunt, & secuti sunt eum in via.

II. Iesus ergo ante sex dies Pascha ve-

venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei coenam ibi, & Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discubentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & unxit pedes Iesu, et extersit pedes eius capillis suis. Et domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo unus ex Discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus; Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, et datum est Egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum; sed quia fur erat, et loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.

III. Dixit ergo Iesus: sine illam ut indiem sepulturæ meæ seruet illud: Pauperes enim semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis.

IV. Cognouit ergo turba multa ex Iudeis, quia illic est, et venerunt, non propter Iesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitauit a mortuis. Co-gitauerunt autem Principes Sacerdotum, ut et Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudeis, et credebant in Iesum.



## MEDIT. VIII.

*Ex Matt. 21. nn. 1. ad 11. Lnc. 19.  
nn. 29. ad 40. Ioann. 12.  
nn. 12. ad 19.*

I. IN Craftinum autem , cum appro-  
pinquassent Ierosolymis , et venis-  
sent Bethphage prope Bethaniam , ad  
montem qui vocatur Oliueti , *seu* Oliua-  
rum , tunc Iesus misit duos ex Discipulis  
suis dicens eis : Ite in Castellum quod  
contra vos est , et statim introcuntes il-  
luc , inuenietis asinam alligatam , et pul-  
lum asinæ alligatum cum ea , super quem  
nemo adhuc hominum sedet : soluite il-  
lum , et adducite mihi , et si quis vos in-  
terrogauerit , et dixerit vobis ; quid faci-  
tis , quare soluitis ? Sic dicetis eis : Quia  
Domino necessarius est , *seu* ut Lnc. quia  
Dominus operam eius desiderat ; et con-  
festim dimittet eos huc ; Euntes autem  
Discipuli inuenient pullem ligatum  
ante ianuam foris in bucio . Soluentibus  
autem illis pullum , quidam de illic stan-  
tibus Domini eius dixerunt ad illos ; quid  
facitis soluentes pullum ? at illi dixerunt  
eis , sicut præceperat illis Iesus , quia Do-  
minus eum necessarium habet , et dimise-  
runt eis , et adduxerunt asinam , et pul-  
lum

lum ad Iesum , et imposuerunt super eos vestimenta sua , et eum de super sedere fecerunt ; *sicut vs Ioan.* Inuenit Iesus ascl-lum , et sedit super eum ; Hoc autem totum factum est , ut adimpleretur , quod scriptum est per Prophetam , *nemps par-*  
*tim Isaiam cap. 62. partim Zachariam c. 9.*  
 dicentem : Dicite filiæ Sion , ecce Saluator tuus veniet ; noli timere filia Sion , ecce Rex tuus venit tibi mansuetus se-  
 dens super asinam , et super pullum filium  
 asinæ subiugalis .

II. Plurima autem turba , quæ venerat ad diem festum , cum audissent , quia ve-  
 nit Iesus Ierosolymam , eunte illo sub-  
 sternebant vestimenta sua in via , alij au-  
 tem cædebant ramos , et frondes de ar-  
 boribus , et sternebant in via , et acce-  
 runt ramos palmarum , et processerunt  
 obuiam ei , et cum appropinquaret iam  
 ad descensum montis Oliueti , coepérunt  
 omnes turbæ descendantium , quæ præ-  
 cedebant , et quæ sequebantur gaudentes .  
 laudare Deum voce magna , super omni-  
 bus , quas viderant virtutibus , et clama-  
 bant dicentes : Hosanna filio Dauid ; be-  
 nedictus qui venit Rex Israel in nomine  
 Domini , benedictum quod venit regnum  
 patris nostri Dauid ; Hosanna in altissi-  
 mis , pax in coelo , et gloria in excelsis .

III. Hæc non cognoverunt Discipuli  
 eius primum : sed quando glorificatus  
 est Iesus , tunc recordati sunt ; quia hæc  
 erant

erant scripta de eo , et hæc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibuit turba , quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento , et suscitauit eum à mortuis : propterea , et obuiam venit ei turba , quia audierunt eum fecisse hoc signū , et quidam Phariseorum de turbis dixerunt ad illum : Magister increpa Discipulos tuos . Quibus ipse ait , dico vobis , quia si hi tacuerint , lapides clamabunt . Pharisei ergo dixerunt ad semetipos : Videntis quia nihil proficiimus ? Ecce mundus totus post eum abiit .

---

## MEDIT. IX.

*Ex Luca 19. nn. 41. ad 48. Matth.*

*21. num. 12. ad 17. Marc.*

*11. nn. 11. & 12.*

I. **E**t ut appropinquauit , videns ciuitatem fleuit super illam dicens : Quia si cognouisses , et tu , et quidem in hac die tua , quæ ad pacem tibi ; nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis . Quia venient dies in te , et circumdabunt te inimici tui vallo , et circumdabunt te , et coangustabunt te vndique , et ad terram prosternent te , et filios tuos , qui in te suauit , et non relinquunt in te lapidem super lapidem , eo quod non cognoueris tecum .

tempus visitationis tuæ.

II. Et cùm intrasset Ierosolimam, commota est vniuersa ciuitas dicens : **Quis est hic?** Populi autem dicebant : **Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galileæ,** et intrauit Iesus in tèmplum Dei, et ejiciebat omnes vendentes, et ementes in templo, et mensas numulariorum, et cathedras vendétium columbas euertit, et dixit eis : **Scriptum est quia Domus mea Domus Orationis est, seu vocabitur; Vos autem fecistis illam speluncam latronum.**

III. Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo, et sanauit eos : Videntes autem Principes Sacerdotum, et Scribæ mirabilia quæ fecit, et pueros clamantes in templo, et dicentes : **Hosanna filio Dauid,** indignati sunt, et dixerunt ei : **Audis, quid isti dicunt?** Iesus autem dixit eis. **Vtique: nunquam legistis, Quia ex ore infantium, et lactentium perfeci- sti laudem?**

IV. Et circumspexit omnibus, et relictis illis, cum iam vespera esset hora, exiit in Bethaniam cum duodecim, ibi que mansit. Et erat docens quotidie in templo, Principes autem Sacerdotum, et Scribæ, et Principes plebis quærebant illum perdere, et non inueniebant quid facerent illi : **Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.**

S. Lucas per anticipacionem refert, quid

IE.

274 TERTIA PARS  
IESVS diebus sequensibus facere solitus est,  
quando ex Bethania redibat ad Templum.

---

MEDIT. X.

Ex Matth. 21. num. 18. ad 22.

Marc. 11. nu. 12. ad 26.

I. ET altera die cum exirent à Bethania reuertens in ciuitatem esurijt, et cum vidisset à longè fici arborē unam secus viam habentem folia, venit ad eam si quid fortè inueniret in ea, et cum venisset ad eam nihil inuenit, nisi folia tantum, non enim erat tempus fricorum: Et respondens dixit ei; nunquam ex te fructus nascatur in sempiternā, *sicut ut Marc.* Iam non amplius in æternum ex te quicquam fructum manducet, et audiebant Discipuli eius, et arefacta est continuo fulnea.

II. Et veniunt Ierosolymam, et cum introisset in templum coepit ejcere vendentes, et ementes in templo, et mensas numulariorum, et cathedras vendentium columbas euertit, et non finebat, ut quicquam transferret vas per templum, et docebat dicens eis. Nonne scriptum est, quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Quo

au-

auditio Principes Sacerdotum , et Scribz  
quærebant , quomodo eum perderent,  
timebant enim eum , quoniam vniueſa  
turba admirabatur super doctrina eius.

*Hanc secundam electionem è templo mani-  
festè distinguit Marcus , unde cum die ab ea  
prima , quām referunt Matthæus , & Lucas ;  
unam annos , alteram , post maledictam ficol-  
neam .*

III. Et cum vespera facta esset , egre-  
diebatur de ciuitate , et cum mane redi-  
rent , viderunt ficum aridam factam à ra-  
dicibus , et videntes Discipuli mirati sunt  
dicentes : Quomodo continuò aruit ? et  
recordatus Petrus dixit : Rabbi , ecce fi-  
cus cui maledixisti aruit . Respondens  
autem Iesus ait illis : Habete fidem Dei ;  
Amen dico vobis , si habueritis fidem , et  
non hæsitaueritis , non solum de ficulnea  
facietis , sed quicunque dixerit huic mon-  
ti tollere , et iacta te in mare , et non hæ-  
sitauerit in corde suo , sed crediderit , quia  
quodcunq; dixerit fiat , fieri ei . Propterea  
dico vobis ; Omnia quæcunque orantes  
petitis , credite quia accipietis , et eue-  
nient vobis .

IV. Et cum stabis ad orandum , di-  
mittite si quid habetis aduersùs aliquem ;  
ut et Pater vester , qui in cœlis est , dimis-  
sat vobis peccata vestra . Quod si vos  
non dimiseritis , nec Pater vester , qui in  
cœlis est , dimittet vobis peccata vestra .

## MEDIT. XI.

*Ex Matt. 21. nū. 23 ad 32. Marc. 11. num. 27. ad 33. Luca 20. nū. 1. ad 8.*

I. **E**t veniunt rursus Ierosolymam, et cum venisset in templum, & ambularet in templo, docente illo populum, et euangelizante, conuenerunt Principes Sacerdotum, et Scribæ cum Senioribus populi, et accesserunt ad eum docentem dicentes: Dic nobis in qua potestate hæc facis? et quis dedit tibi hanc potestatem, ut ista facias? Respondens autem Iesus dixit ad illos: interro-gabo, et ego vos vnum verbum, *sc̄m* sermonem, quem si dixeritis mihi, et ego vobis dicam, in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis unde erat? de cœlo an ex hominibus? Respondite mihi.

II. At illi cogitabant intra se dicen-tes: Quia si dixerimus de Cœlo, dicet no-bis: Quare ergo non credidistis illi? Si autē dixerimus ex hominibus, plebs uni-versa lapidabit nos, certi sunt enim Io-annem esse prophetam. Et respondentes Iesu dixerunt: Nescimus, et respondens Iesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Quid

**H.** Quid autem vobis videtur? Homœ quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit. Fili vade hodie operare in vinea mea: ille autem respondens ait: Nolo. Postea autem poenitentiam motus abiit. Accedens autem ad alterum dixit similiter: At ille respondens ait: Eo Domine & non iuit, quis ex duabus fecit voluntatem Patris? Dicunt ei primus: Dicit illis Iesus: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiae, & non credistis ei. Publicani autem, & meretrices crediderunt; vos autem videntes nec poenitentiam habuistis postea, ut credetis ei.

---

## MEDIT. XII.

*Ex Matt. 21. nū. 33. ad 46. Marci 12. nū. 1. ad 12. Luc. 20.  
num. 9. ad 1. 9.*

**I.** Cœpit autem dicere ad plebem  
parabolam hanc: Aliam parabolam audite: Homo erat pater familias,  
qui plantauit, & pastinauit vineam, &  
sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & lacum, & ædificauit turrim, &  
locauit eam agricolis, seu colonis, & ip-

*Se peregrè profectus est, & peregrè fuit multis temporibus.*

II. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruum suum, *se* seruos, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ, & agricolæ apprehensis seruis eius alium occidetunt, alium lapidae sunt, alium cæciderunt, & dimiserunt vacuum. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter, & vnum ex his cædentes in capite vulnerauerunt, & contumelijs afficientes dimiserunt inancum, & rursum addidit tertium mittere, & alios plures, & illum vulnerantes occiderunt, & eiecerunt, quosdam cædentes, alios verò occidentes. Adhuc ergo vnum habens filium charissimum dixit Dominus vineæ; Quid faciam? mittam filium meum dilectum, & nouissimè mittit ad eos filium suum dicens: forsitan reuerebuntur filium meum, cum hunc viderint. Agricolæ autem videntes filium, cogitauerunt intra se, & dixerunt ad inuicem: Hic est heres venire occidamus eum, vt nostra sit, *se*, & nostra erit hereditas, & apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

III. A iunt illi: Veniet & malos colones male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum multis temporibus suis. Quod confirmans Iesus,

*¶ illes designans, ve habet Lucas ait: Vnde niet, & perdet colonos istos, & dabit vineam alijs. Quo audito dixerunt illi absit. Ille autem aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptum est; Nunquid legistis in Scripturis Scripturam hanc? Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? & Dominus factum est istud, & est mirabile in oculis nostris: Omnis qui ceciderit super illum lapidem confringetur, seu conquassabitur, super quem verò ceciderit, conteret illum, seu comminuet.*

IV. Ideo dico vobis, quia auferetur à obis regnum Dei, & dabitur genti scienti fructus eius. Et cum audissent Principes Sacerdotum, Scribæ, & Pharisæi parabolas eius, cognoverunt quodd ad ipsos dixerit parabolam, seu similitudinem hanc, & quærebant mittere in illum manus illa hora, & timuerunt turbas, seu populum quoniam sicut prophetam eum habebant.

## MEDIT. XIII.

Ex Matth. 22. num. 1. ad 14.

I. **E**t respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis: dicens: simile factum est regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo, & misit ser-

uos suos vocare inuitatos ad nuptias, & molebant venire: Iterum misit alios seruos dicens: Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui: tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abiierunt, aliis in villam suam, aliis ad negotiationem suam. Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos, occiderunt.

II. Rex autem cum audisset iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis; Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni: Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi servi eius in vias congregauerunt omnes, quos inuenerunt, bonos, & malos, & impletæ sunt nuptiæ discubentium.

III. Intravit autem Rex, ut videret discubentes, & vidit ibi hominem, non vestitum ueste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tuoc dixit Rex ministris: Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus, & stridor dentium: Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

## N O T A.

*Amice. Quidam parvus hic designari amicum falsum Christi nomen Iudam, cui postea dixit Iesus: Amice ad quid venisti*

---

## M E D I T . X I V .

*Ex Matt. 22. nn. 15. ad 33. Marcii  
12. nn. 13. ad 27. Luc. 20.  
num. 20. ad 39.*

I. **T**VNC Pharisæi relicto eo abierunt, & abeuntes consilium inierunt, & obseruantes, miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, ut caperent eum in sermone, & traducerent illum principati, & potestati Præfidis, & mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis Discipulis suis cù Herodianis, & interrogauerunt eum dicentes. Magister scimus quia verax es, & rectè dicis, & viam Dei in veritate doces, & non curas quenquam, non enim respicias personam hominum, sed non vides in faciem hominum; dic ergo nobis quid tibi videtur? Licet nobis censum; sed tributum dare Cæsari an non? Congnita autem Iesus nequitia eorum, & sciens versutiam illorum, sed considerans dolum illorum dixit ad alios. Quid

*me tentatis hypocritæ? Afferte mihi denarium, ut videam, seu ostendite mihi numisma census: At illi obtulerunt ei denarium, & ait illis Iesus: cuius est imago hæc, & superscriptio? Respondentes dixerunt: Cæsaris. Respondens autem tunc Iesus ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Et audientes nō potuerunt verbuni eius reprehendere eorām plebe, & mirati super responso eius tacuerunt, & relicto eo abierunt.*

II. In illo die autem venerunt, & accesserunt ad eum quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes: Magister Moses scripsit, & nobis dixit, si frater alicius mortuus fuerit non habens liberos, & vxorem reliquerit, ut ducat frater eius vxorem ipsius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus uxore ducta mortuus est sine filijs, & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo, & secundus accepit eam, & ipse mortuus est, & nec iste reliquit semen, & tertius accepit eam, similiter, & omnes eam acceperunt usque ad septimum, & nos reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissime autem omnium defuncta est, & mulier. In resurrectione igitur cum surrexerit, cuius erit de septem uxori? Omnes enim eam habuerunt uxorem. Et respondens

Ic.

Iesus ait illis: Nonne ideo erratis, ne scientes Scripturas, neque virtutem Dei? Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias, in resurrectione autem cum à mortuis surrexerint, neque nubent, neque nubentur, illi verò qui digni habebuntur seculo illo, neque ultra mori poterunt, æquales eam Angelis sunt, & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis.

III. De resurrectione autem mortuorum, seu quod mortui resurgent, & Moyses ostendit: non legistis in libro Moyesis, quod dictum est à Domino quomodo dixerit illi super rubrum. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Deus autem non est Deus mortuorum, sed viuorum, omnes enim ei vivunt; & audientes turbæ mirabantur in doctrina eius: Respondentes autem quidam Scribarum dixerunt ei: Magister Benedixisti.

## MEDIT. XV.

*Ex Matth. 22. nn. 34. ad 46. Marci 12. nn. 28. ad 36. Lnc. 20.  
num. 40. ad 44.*

I. **P**harisei autem audientes, quod silentium imposuisset Sadduceis conuenerunt iuxtam, & accessit unus

**ex eis de Scribis Legis docto<sup>r</sup>, qui audie<sup>r</sup>at illos cōquirentes, & videns quoniam bene illis responderit, tenans eum interrogauit cum; Magister quod est mandatum primum, *seu magnum in lege?* Iesus autem respondit ei, *quia primum omnia mandatum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vobis est; Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua: hoc est maximum, & primum mandatum.***

**II. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum: Maius horum aliud mandatum non est: in his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ, & ait illi Scriba: Bene magister in veritate dixisti, quia unus est Deus, & non est alius præter eum; & ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanquam se ipsum maius est omnibus holocaustis matibus, & sacrificijs. Iesus autem videntis, quod sapienter respondisset dixit illi: Non es longè à regno Dei.**

**III. Congregatis autem Pharisæis Iesus docens in templo interrogauit eos dicens: Quid vobis videretur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: Dauid: Et respondens Iesus ait illis: Quomodo dicunt Scribæ Christum filium esse Dauid? Ipse enim Dauid in Spiritu Sancto in libro**

bro psalmorum vocat eum Dominum — dicens. Dixit Dominus Dominus meo; sedet a dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? & nemo poterat ei respondere verbum, neque amplius auctor fuit quisquam ex illa dic eum quicquam interrogare, & multa turba cum libenter audiuit.

---

## MEDIT. XVI.

*Ex Matth. 23. nu. 1. ad 12. Marc. 12. nu. 38. ad 40. Luc. 20.  
num. 45. ad 47.*

I. **V**nc Iesus locutus est ad turbas, & ad Discipulos suos, audiente omni populo dicens in doctrina sua: Super cathedram Moysi sederunt Scribz, & Pharisei: Omnia ergo quæcumque dixerint vobis seruate, & facite; secundum opera vero eorum nolite facere, cœnate, & attendite a Scribis.

II. Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem suo nolunt ea mouere. Omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus, dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias,

P S &

& volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi, amant autem primos recubitus in coenis, & primas cathedras in Synagogis.

III. Vos autem nolite vocari Rabbi: Vnus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim Pater vester, qui in coelis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est Christus. Qui maior est vestrum erit minister vester. Qui autem se exaltaverit humiliabitur, & qui se humiliaverit exaltabitur.

### N O T A.

Dilatant phylacteria, id est membranas conservatorias legis, sive Decalogis, quas Pharisei gestabant: intelligentes materialiter verba illa Deuteronomij 6. Ligabis ea in manu tua, & mouebuntur ante oculos tuos: ut viderentur zelatores legis: de similijs autem in extremo vestris praecepsum erat Numerorum, & Deuteronomij 6. 22.



MB.

MEDIT. XVII.

*Ex Matth. 23. nū. 13. ad 22. Marc. 12. nū. 40. Luca 20. nū. 47.*

I. VEAE vobis Scribz& & Phariszi hypocritz, qui deuoratis domos viduarum, sub obtenu prolixz orationis; preparter hoc prolixius accipietis iudicium, & damnationem maiorem.

II. VEAE vobis Scribz& & Phariszi hypocritz, quia circuatis mare, & aridam, ut faciatis unum proselytum, & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehenoz du-

culo quam vos.

III. VEAE vobis duces cæci, quis dicitis; Quicunque iuraverit per templum, nihil est, qui autem iurauerit in auro templi, debet: Stulti, & cæci: Quid enim maius est, aurum an tempsum, quod sanctificat aurum? Et qui iurauerit in altari nihil est; quicunque autem iurauerit in dono, quod est super illud, debet: cæci: Quid enim maius est, dapsum, an altare, quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altare, iurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt: Et quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipsis & qui iurat in coelo, iurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum.

## N O T A E.

**Prosclytum :** Prosclyti erant Genesiles, qui persuos à Iudeis circumcisōnem, & obseruationem legis Moysayca, Idolis relictis, accēperabānt.

Duplo, quām vos : vel quia exemplis uebris offensi redeunt per apostasiam, ad Idolelatriam ; vel ausi peiora, quām vos in deteriora scelerā prolabuntur.

Sub obtentu prolixæ orationis : hoc est dicendo vos tanto prolixius oraturos pro illis, quanto maiorem suppellectilem, aut copiam pecunia ab ipsis extorseritis.

**M E D I T . X V I I b .**

**Ex Matth. 23. num. 23. ad 31.**

I. **V**Æ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod de foris est calicis, et paropfidis, intus autem pleni estis rapina, & immunditia. Pharisæe cæce mundæ prius, quod intus est calicis, & paropfidis, ut fiat quod de foris est mundum.

II. **V**Æ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchrīs delubatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia : Sic et

vos

vos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate.

III. Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocritæ, qui ædificatis Sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum, & dicitis: Si fuissimus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vobismetipſis, quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt, & vos implete mensuram patrum vestrorum.

## MEDIT. XIX.

*Ex Mate. 23. nn. 33. ad 39. Marci 12. nn. 41. ad 44. Luc. 23.*

*et 24. nn. 23. ad 26.*

I. **S**erpentes genitinae viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? ideo ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes. & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in Synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem.

II. Ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti, usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiaæ, quem occidistis in-

## 350 TERTIA PARS

inter templum, & altare. Amea dico  
vobis venient hæc omnia super genera-  
tionem istam; Hæc alias dicta hic à Domi-  
no resumuntur.

III. Ierusalem Ierusalem quæ occidit  
Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi  
funt; quoties volui cōgregare filios tuos,  
quemadmodum gallina congregat pul-  
los suos sub alas, & noluisti? Ecce relin-  
quetur vobis domus vestra deserta. Dico  
enim vobis non me videbitis amodo do-  
nec dicatis; Benedictus qui venit in no-  
mine Domini.

## MEDIT. XXX.

*Ex Marci 15. n. 41. ad 44. Et c. 15.  
n. 1. ad 2. Lyc. 21. Mk. ad. 6.*

*Matth. 24. 11. Et ad 2.*

I. **E**t sedens Iesus contra Gazophy-  
lacum, aspiciebat quomodo tur-  
ba iactaret æs in gazophylacium, & mul-  
ti dñites iactabant multa munera sua.  
Cùm venisset autem vidua una pauper-  
cula, misit duo aera minuta, quod est  
quadrans. Et connovans Iesus discipu-  
los suos ait illis: Amen dico vobis quo-  
niam vidua hæc pauper plus misit quæ  
omnes, qui miserunt in gazophylacium.  
Omaes enim hi ex eo, quod abundabat  
ipsis

ipſis miserunt in munera Dei; hæc autem ex penuria sua, ſen ex eo quod deest illi omnem victum ſuum, quem habuit misit.

II. Et cū egredieretur de templo ibat, & acceſſerunt Discipuli eius, vt oſtendereſt ei ædificationes templi, & ait illi vnuſ ex Discipulis eius, quod bonis lapidibus, & donis ornatum eſſet, ſen Magiſter, aſpice quales lapides, & quales ſtructoræ. Et respondens Ieſus ait illis: Videlis hæc omnia, & has omnes magnas ædificationes? Amen dico vobis venient dies, in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.

## N O T A.

**Gazophylacium:** Scilicet arcam in qua uſtodiabant pecuniam: Gazz enim Perficè diuicias, & pecuniam; Phylacium autem Græcè cuſtoditorum ſignificat. Quadrans erat 4. pars aſſis, & decem aſſes valebant unum denarium, ſen Iulium.

## MEDIT. XXI.

Ex Ioannis 12. num. 20. ad 26.

I. Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant, vt adorarent in die feſto, hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galileæ, &

EO-

**rogabant eum dicentes:** Domine volu-  
mus Iesum videre. Venit Philippus, &  
dicit **Andreas**, Andreas rursum, & Philip-  
pus dixerunt Iesu, Iesus autem respondit  
eis dicens. Venit hora, ut clarificetur  
filius hominis.

**II.** Amen amen dico vobis, nisi gra-  
num frumenti cadens in terram mortuum  
fuerit, ipsum solum manet: Si autem  
mortuum fuerit, multum fructum affert.  
**Qui amat animam suam perdet eam, &**  
**qui odit animam suam in hoc mundo, in**  
**vitam eternam custodit eam.**

**III.** Si quis mihi ministrat me sequa-  
tur, & ubi sum ego, illic & minister meus  
erit. Si quis mihi ministrauerit honori-  
ficabit eum Pater meus.

### MEDIT. XXII.

*Ex Ioannis 12. num. 27. ad 36.*

**I.** **N**unc anima mea turbata est, &  
quid dicam? Pater saluifica me  
ex hac hora? sed propterea veni in ho-  
ram hanc; Pater clarifica nomen tuum:  
Venit ergo vox de cœlo, & clarificavi,  
& iterum clarificabo.

**II.** Turba ergo, quæ stabat, & audierat  
dicebat, tonitruum esse factum. Alij di-  
cebant: Angelus ei locutus est. Respon-  
dit Iesus, & dixit; non propter me hæc  
vox

vox venit; sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: autem princeps huius mundi eijectur foras; & ego si exaltatus fueram a terra, omnia traham ad meipsam: Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus.

III. Respondit ei turba: Nos audimus ex lege quia Christus manet in ceterum, & quomodo tu dicis oportet exaltari Filium hominis? quis est iste filius hominis? Dixit ergo Iesus: Adhuc modicum lumen in vobis est, ambulare dum lucem habetis, ut non vos tenebras comprehendant, & qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis credite in lucem, ut filij lucis sitis. Haec locutus est Iesus, & abscondit se ab eis.

## N O T A.

*Et qui ambulat subintellige, & dixit.*

---

## MEDIT. XXIII.

*Ex Ioannis 12. num. 37. ad 43.*

I. **C**VM autem tanta signa fecisset coram eis non credebant in eum; ut sermo Isaiae Prophetæ impletetur, quem dixit: Domine quis credit audiui nostro? Et brachium Domini cui revelatum est?

Pro-

II. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias: excavavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Hac dixit Isaias, quando vidi gloriam eius, & locutus est de eo.

III. Veruntamen, & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Phariseos non confitebantur, ut è Synagoga non ejacerentur, dilexerunt enim gloriam hominum, magis quam gloriam Dei.

---

## MEDIT. XXIV.

Ex Ioannis 12. num. 44. ad 50.

T C X

I. **E**sus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, & qui videt me, videt eum qui misit me.

II. Ego Lux in mundum veni; ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum, non enim veni, ut iudicem mundum; sed ut saluiscem mundum.

III. Qui spernit me, & non accipie verba mea, habet qui iudicet eum: Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.

Quia

IV. Quia ego ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar, & scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater sic loquor.

---

## MEDIT. XXV.

*Ex Matth. 24. num. 3. ad 8. Marc.*

*I 3. num. 3. ad 8. Luc. 21.*

*num. 7. ad II.*

I. ET cum sederet in monte Oliu-  
rum contra templum, accesserunt  
ad eum Discipuli secretò, & interroga-  
uerunt illum separatim Petrus, & Iaco-  
bus, & Ioannes, & Andreas; Dic nobis,  
quando ista fient, & quod signum aduen-  
tus tui, & consummationes seculi, seu  
quando hæc omnia incipient consum-  
mari: *Dixerat enim non remansurum lapi-  
dem super lapidem, ut Medit. XX. & in no-  
uisimo die iudicandos, qui in ipsum non cre-  
didissent, ut Medit. XXIV.* Et respondens  
Iesus dixit eis. Videte ne quis vos sedu-  
cat; multi enim venient in nomine meo  
dicentes: Ego sum Christus, & tempus  
appropinquauit. & seducent multos, no-  
lite ergo ire post eos.

II. Cùm autem audieritis bella, præ-  
lia

lia, & opiniones præliorum, *seu* seditiones, videte ne turbemini, & nolite terribi, oportet enim primum hæc fieri, sed nondum statim est finis, exurget enim gæs contra gentem, & regnum aduersus regnum.

III. Et terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiaz, & fames, terroresq; de cœlo, & signa magna erunt, hæc autem omnia initia sunt dolorum.

---

### MEDIT. XXVI.

*Ex Matth. 24. nn. 9. ad 14. Marci 13. nn. 9. ad 13. Lnc. 21.  
num. 12. ad 19.*

I. **S**ed ante hæc omnia iniçient vobis manus suas, & persequentur tradentes vos in Concilijs, & in Synagogas, & custodias, & trahentes ad Reges, & Præsides, *seu* Stabitis ante Reges, & Præsides propter nomen meum in testimonium illis, *seu* continget autem vobis in testimonium.

II. Et cum duxerint vos tradentes, ponite in cordibus vestris, & nolite præmeditari, quid loquamini, aut, quemadmodum respondeatis: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini: non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritu-

**Spiritus Sanctus:** Ego enim dabo vobis os, & Sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri.

III. Tunc tradent vos in tribulatiōnem ; trademini autem à parentibus , & fratribus, & cognatis, & amicis , & consurgent filij in parentes , & in Synagogis vapulabitis , & morte afficiant ex vobis, & tunc scandalizabuntur multi , & inimicem tradent, & odio habebunt inuicem, & eritis odio omnibus hominibus , sive gentibus propter nomen meum. Et multi Pseudoprophetæ surgent, & seducens multos, & quoniam abundabit iniqtas , refrigescet charitas multorum ; qui autem perseverauerit usq; in finem , hic saluus erit , & capillus de capite vestro non peribit , in patientia vestra possidebitis animas vestras .

IV. Et in omnes gentes primūm oportet prædicari Euangeliū , sive prædicitur hoc Euangeliū regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus : & tunc veniet consummatio .



## MEDIT. XXVII.

*Ex Matt. 24. nn. 15. ad 19. Marc. 13. nn. 14. ad 17. Luc. 21. num. 20. ad 24.*

I. **C**um autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem tunc scitote, quia appropinquauit desolatio eius, & cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco Sancto, ubi non debet, qui legit intelligat.

II. Tunc qui in Iudea sunt fugiant ad montes, & qui in medio eius discedant, & qui in regionibus non intrent in eam, & qui super tectum non descendat in domum nec introeat, ut tollat aliquid de domo sua, & qui in agro erit, non reveratur retro tollere tunicam, /ex vestimentum suum. Quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia, quæ scripta sunt.

III. Vix autem prægnantibus, et nutrientibus in illis diebus; erit enim pressura magna super terram, et ira populo huic, et cadent in ore gladij, et captiui ducentur in omnes gentes; Et Ierusalem calcabitur à Gentibus donec impleantur tempora nationum.

Ha-

*Habemus de signis prioribus consummationis mundi, & de desolationis Ierosolyma, ac seculi; deinceps vero de signis propriis consummationis mundi, nempe de persecutione Antichristi omnium maxima de signis in eculo. Q. De verisque enim interrogatus fuerat.*

## N O T A.

*Ab exercitu, Titi Vespasiani Romani Ducis.*

Abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele; id est recitata à Daniele r. 9. & illi prophetizata à Gabriele dicente: Deficiet hostia, et Sacrificium, et erit in Templo abominatione desolationis, & usq; ad consummationem, et finem persecuerabit desolatio. Desolationem abominabilem credo, intelligit prophanationem Templi à Gentilibus Idololatriis, & incensionem, postquam nunquam amplius restaurari posuit, sicut restauratum fuit post captivitatem Babyloniam; nec ita ut à Iudeis potuerint ibi pristina Sacrificia peragi, immo nec restaurabitur, sed ita permanebit ille locus, usq; ad consummationem seculi, ut dicitur Danielis 9. & infra Christus Luc 21.

Et Ierusalem calcabitur à Gentibus donec impleantur tempora nationum. & Isaías 25. Quia posuisti Civitatem in tumulum urbem fortem in ruinam, dominum alienorum: ut non sit Civitas, et iusta.

Sempiternum non ædificetur. Post etiam nomine abominationis, intelligi. indignatio diuina, qua abominaturus erat populum Iudaicum. Et ira superuenienturam loco alias Sancto, & talis, ut vi eius desolatio perpetua securura sit. Quando igitur videris ab exercitu Gentilium incendi, & destruiri templum hoc, sciore banc fore illam desolacionem perpetuam, que legitur in Daniele Prophetæ. Reliqua enim expositiones huius loci, aut non conueniente tempori futuro, aut violentiores sunt, nec congruunt prophetia Danielis.

Tunc qui in Iudæa sunt, etc. præmonet de velocissima fuga, ne conclusi in Civitate, aut propter illam trucidentur, aut capiantur.

### MEDIT. XXVIII.

*Ex Matth. 24. num. 20. ad 28.*

*Marcii 13. num. 18.*

*ad 23.*

I. **O** Rate autem, ut non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbato erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet: seu ut Marcus, erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus usque nunc, neque fient.

Et

II. Et nisi breuiati fuissent dies illi,  
seu nisi breuiasset Dominus dies, non fieret salua omnis caro; sed propter elec-  
tos quos elegit breuiavit dies, seu bre-  
uiabantur dies illi.

III. Et tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite credere: exurgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & portenta, seu prodigia, ita ut in errorem inducantur ( si fieri potest ) etiam electi. Vos ergo videte, ecce prædixi vobis omnia, si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere.

IV. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret usq; in Occidentem; ita erit, & Aduentus Filij hominis: ubi cunq; fuerit corpus congregabuntur, & aquilæ.

### N O T A.

Hieme, vel Sabbato: cum Titus tempore Paschatis quo Iudei confluxerant Ierosolymam, coepit eam obsidere: eamque expugnarit, ac occuparit ineunte Augusto mensa, & Christus dicat breuiandos propter electos, dies illos, non videntur hac referenda ad tribulationem sub Tito, esto fuerit ingens, sed sub Antichristo, nam cum de signis. & excidij Ierosolyma, & consummationis seculi interrogatus fuisset, transit postea ad signa consummacionis seculi:

M E.

## MEDIT. XXIX.

*Ex Matt. 24. nū. 29. ad 30. Marcii  
13. nū. 24. ad 32. Luc. 21.  
num. 25. ad 33.*

I. **S**tatim autem post tribulationem dierum illorum, erunt signa in Solē, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium præconfusione sonitus maris, & fluctuum; arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi: nam Sol obscurabitur, seu contenebrabitur, & Luna nondabit splendorem, seu lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.

II. Et tunc parebit signum Filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute, & potestate magna, & maiestate, & gloria: Et tunc mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum, usq; ad terminos eorum, seu, ut Marc. à summo terræ usq; ad summum cœli.

III. His autem fieri incipientibus, respcite, & leuare capita vestra, quoniam

ap-

appropinquat redemptio vestra ; & dixit illis similitudinem : videte ficulnæam, cùm iam ramus eius tener fuerat , & folia nata , & omnes arbores cum producunt iam ex se fructum , scitis quoniam prope est æstus . Ita & vos cum videritis hæc omnia fieri , scitote quia regnum Dei prope est in ianuis .

IV. Amici dico vobis quoniam non transibit generatio hæc donec omnia ista siant , cœlum , & terra transibunt verba autem mea non transibunt . De die autem illa , & hora nemo scit , neque Angeli in cœlo , neque Filius , nisi solus Pater .

## N O T Æ.

*Non transibit generatio hæc : nempe tempus destinatum generationi hominum , & habitationi super terram .*

*Neque Filius ; scientia scilicet practica , qua possit vobis id manifestare .*

## MEDIT. XXX.

*Ex Matt. 24. nū. 37. ad 50. Marci 13. nū. 33. ad 37. Luc. 21.  
num. 34. ad 36.*

I. **A**ttendite autem vobis , ne fortem grauentur corda vestra in crapa-

la, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ; sicut autem in diebus Noe ita erit, & aduentus Filij hominis: sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vsq; ad eum diem, quo intravit Noe in arcam. & non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes, ita erit, & aduentus Filij hominis.

II. Tunc duo erunt in agro; unus assumetur, & unus relinquetur; duæ molentes in mola, vna assumetur, & vna relinquetur: Videte igitur vigilare omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, & stare ante Filium hominis, nescitis enim qua hora Dominus vester venturus fit. Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias, qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo, et vos estote parati: quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est.

III. Quis putas est fidelis seruus, et prudens, quem Dominus suus peregrè profectus cōstituit super familiam suam, ut det illis cibum in tempore, et reliquit domum suam, et dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, et ianitori præcepit, ut vigilet? Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenierit sic fa.

facientem. Amen dico vobis super omnia bona constituet eum.

IV. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo : Moram facit Dominus meus venire , et cœperit percutere conseruos suos ; manducet autem , et bibat cum ebriosis : veniet Dominus servi illius , in die qua non sperat , et hora qua ignorat , et diuidet eum partemq; eius ponet cum hypocritis : illic erit fletus , et stridor dentium . Vigilate ergo : nescitis enim quādo Dominus domus veniat , serò , an media nocte , an galli cantu , an manè : ne cùm venerit repente inueniat vos dormientes . Quod autem vobis dico , omnibus dico : vigilate .

*Claudit S. Lucas Caput 21. illis verbis.*  
 Erat autem diebus docens in templo : noctibus verò exiens morabatur in monte , qui vocatur Oliueri , et omnis populus manicabat ad eum in templo audire cum . Quod dictum intelligendum puto de diebus precedentibus , ut suppleret simplicità , quod alij Euangelista tradiderunt : nam ex Iohanne habemus eum se abscondisse à Iudeis , & ex Mattheo dixisse : Non me videbitis amodo donec , etc. Reliqua verò docuit in Monte Oliueri , nempe parabolas decem Virginum , & Talentorum , de quibus mox eratq; tunc dies 31. Martij feriaq; 3.

• 623-823-623

Q 3

M E-

*MEDIT. XXXI.*  
*Ex Matth. 25. num. 1. ad 13.*

I. **T**unc simile erit regnum cœlorum decem Virginibus; quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiā sponsō, et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: moram autem faciente sponsō, dormitauerunt omnes, et dormierunt.

II. Media autem nocte clamor factus est: Ecce Sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornauerunt lampadas suas. Fatuæ autem Sapientibus dixerunt: date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguitur: Responderunt prudentes dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis.

III. Dum autem irent emere venit Sponsus; et quæ paratae erant intrauerunt cum eo ad nuptias, et clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt et reliquæ virgines dicentes: Domine Domine, aperi nobis: At ille respondens ait

ne-

nescio vos. Vigilate itaq; quia nescitis diem, neque horam.

---

## MEDIT. XXXII.

Ex Matth. 25. num. 14. ad 30.

I. **S**icut enim homo peregrè proficiens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona, & vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque; similiter, & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui.

II. Post multum verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis: & accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam intra in gaudium Domini cui: Accessit autem, & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum.

Q 4

Ait

Ait illi Dominus eius: Euge serue bone,  
& fidelis, quia super pauca fuisti fidelis  
supra multa te constituam intra in gau-  
dium Domini tui.

III. Accedens autem, & qui vnum ta-  
lentum acceperat, ait: Domine, scio quia  
homo durus es, metis vbi non seminasti,  
& congregas vbi non sparsisti: & timens  
abij, & abscondi talentum tuum in ter-  
ra: Ecce habes quod tuum est. Respon-  
dens autem Dominus eius dixit ei. Ser-  
ue male, & piger, sciebas quia meto vbi  
non semino, & conGrego vbi non sparsi;  
oportuit ergo te committere pecuniam  
meam numularijs, & veniens ego rece-  
piscem vtique, quod meum est cum vſu-  
ra. Tollite itaq; ab eo talentum, & date  
ei, qui habet decem talenta: omni enim  
habenti dabitur, & abundabit: ei autem  
qui non habet, & quod videbitur habere,  
auferetur ab eo. Et inutilem seruum ej-  
cite in tenebras exteriores: illic erit fle-  
tus, & stridor dentium.

### MEDIT. XXXIII.

*Ex Matth. 25. num. 31. ad 46.*

I. **C**um autem venerit Filius hominis  
in maiestate sua, & omnes Ange-  
li cum eo, tunc sedebit super sedem ma-  
iestatis suar, & congregabuntur ante eum  
om-

omnes gentes, & separabit eos ab inuidem, sicut pastor segregat oves ab hostiis: & statuet oves quidem à dextris suis, hostios autem à sinistris. Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.

II. Esurui enim, & dedisti mihi manducare; sitiui, & dedisti mihi bibere; hospes eram, & collegistis me; nudus, & cooperuistis me; infirmus, & visitastis me; in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine quando te vidimus esurientem, & pauperem te? sitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex dicet illis. Amen dico vobis, quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

III. Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius: Esurui enim, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non dedistis mihi potum; hospes eram, & non collegistis me; nudus, & non cooperuistis me; infirmus, & in carcere, & non visitastis me.

IV. Tunc respondebunt, & ipse dicentes: Domine quando te vidimus esurien-

## THE TERTIA PARS

Qui in inferno, aut in spitem, aut con-  
denti in carcere, aut in carcere, & non  
in inferno non est. Tunc respondebit illas  
voces: Amen dico vobis; Quamdiu  
vobis regnus vni de minoribus his, acc-  
cedit regnus.

Ego dante vobis supplicium eternum,  
sed auro vobis et vitam eternam.

---

## MEDIT. XXXIV.

Ex Actis. 25. ad 13 Marti  
In. 2. sed 9. Luce

Act. 25. I. 2.

¶ **P**roponamus autem dies festus  
¶ **T**erremus in actis Pascha,  
¶ **T**erremus in actis Pascha,  
¶ **S**icut erat in passione. Si secundum est,  
¶ **L**et collaudare eis ferentes hos  
¶ **I**nfernos. hoc Procurans ius: Scitis quia  
¶ **T**erremus in actis Pascha, si filios homi-  
¶ **N**um terremus in inferno. Tunc con-  
¶ **C**onsideremus sacerdotum, &  
¶ **A**ctores novi in amio Principi  
¶ **C**onsideremus. qui sacerdotur Cai-  
¶ **o**phatus, ut lesum do-  
¶ **o**minem: dicebant au-  
¶ **o**ctauit. te forte tumultus  
¶ **o**ccidit. verò ple-

Cum

II. Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit, & accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati. ~~sem~~ pistici pretiosi, & frācto alabastro effudit super caput eius recumbentis. Videntes autem quidam Discipuli indignati sunt, intra se metip̄os dicentes: ut quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum illud venundari plus quam trecentis denarijs, & dari pauperibus, & fremebant in eam.

III. Sciens autem Iesus ait illis: finite eam, quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me, semper enim pauperes habetis vobiscū, & cum volueritis, potestis illis benefacere, me autem non semper habetis. Quod habuit hæc fecit, mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepi liendum me fecit, ~~sem~~ præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, vbiunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in vniuerso mundo, narrabitur, & quod hæc fecit in memoriam eius.

IV. Intrauit autem Satanas in Iudam, ~~omn~~ cognominabatur Iscariotes, vnum ecim, & tunc abiit ad Principes n, & locutus est cum Principi tum, & Magistratibus, que in lum proderet eis, & gauisi illis: Quid vultis mihi dare,

## MEDIT. XXIX.

*Ex Matt. 24. nū. 29. ad 30. Marcis  
13. nū. 24. ad 32. Luc. 21.  
num. 25. ad 33.*

I. **S**TATIM autem post tribulationem dierum illorum, erunt signa in Solē, & Luna, & Stellis, & in terris pressura gentium præconfusione sonitus maris, & fluctuum; arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi: nam Sol obscurabitur, seu contenebrabitur, & Luna nondabit splendorem, seu lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.

II. Et tunc parebit signum Filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute, & potestate magna, & maiestate, & gloria: Et tunc mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum, usq; ad terminos eorum, seu, ut Marc. à summo terræ usq; ad summum cœli.

III. His autem fieri incipientibus, respcite, & leuare capita vestra, quoniam

ap-

appropinquat redemptio vestra ; & dixit illis similitudinem : videte ficalneam , cùm iam ramus eius tener fuerat , & folia nata , & omnes arbores cum producunt iam ex se fructum , scitis quoniam prope est æstus . Ita & vos cum videritis hæc omnia fieri , scitote quia regnum Dei prope est in ianuis .

IV. Amen dico vobis quoniam non transfibit generatio hæc donec omnia ista fiant , cœlum , & terra transfibunt verba autem mea non transfibunt . De die autem illa , & hora nemo scit , neque Angelii in cœlo , neque Filius , nisi solus Pater .

## N O T Æ.

Non transfibit generatio hæc : nempe tempus destinatum generationi hominum , & habitationi super terram .

Neque Filius ; scientia scilicet practica , qua possit vobis id manifestare .

## M E D I T . X X X .

*Ex Matt. 24. nū. 37. ad 50. Marci 13. nū. 33. ad 37. Lnc. 21.  
nū. 34. ad 36.*

I. **A**ttendite autem vobis , ne fornicari grauentur corda vestra in crapa-

Q 2 la,

la, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ; sicut autem in diebus Noe ita erit, & aduentus Filij hominis: sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes, & bibentes, nubentes, & nupti tradentes, usq; ad eum diem, quo intravit Noe in arcam. & non cognoverunt, donec venit diluvium, & tulit omnes, ita erit, & aduentus Filij hominis.


II. Tunc duo erunt in agro; unus assuetur, & unus relinquetur; duæ molentes in mola, una assuetur, & una relinquetur: Videte igitur vigilare omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, & stare ante Filium hominis, nescitis enim qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias, qua hora fuerit venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo, et vos estote parati: quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est.

III. Quis putas est fidelis seruus, et prudens, quem Dominus suus peregrè profectus constituit super familiam suam, ut det illis cibum in tempore, et reliquit domum suam, et dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, et ianitori præcepit, ut vigilet? Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit sic fa-

facientem. Amen dico vobis super omnia bona constituet eum.

IV. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo : Moram facit Dominus meus venire , et cœperit percutere conseruos suos ; manducet autem , et bibat cum ebriosis : veniet Dominus serui illius , in die qua non sperat , et hora qua ignorat , et diuidet eum partemq; eius ponet cum hypocritis : illic erit fletus , et stridor dentium . Vigilate ergo: nesciatis enim quādo Dominus domus veniat , serò , an media nocte , an galli cantu , an manè : ne cùm venerit repente inueniat vos dormientes . Quod autem vobis dico , omnibus dico : vigilate .

*Claudit S. Lucas Caput 21. illis verbis.*  
 Erat autem diebus docens in templo: nobis verò exiens morabatur in monte , qui vocatur Oliueta , et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum . Quod dictum intelligendum puto de diebus precedentibus , ut suppleret implicitè , quod alij Euangelista tradidérunt : nam ex Iohanne habemus eum se abscondisse à Iudeis , & ex Mattheo dixisse : Non me videbitis amodo donec , etc. Reliqua verò docuit in Monte Oliueri , nempe parabolas decem Virginum , & Talentorum , de quibus mox , eratq; tunc dies 31. Marij feriaq; 3.



## MEDIT. XXXI.

Ex Matth. 25. 14-30. 1. ad 13.

**L**Tunc simile erit regnum coelorum  
decem Virginibus; quae accipien-  
tes lampades suas, exierunt obuiā spon-  
to, et frondis. Quinque autem ex eis  
erant bona, et quinque prudenter. Sed  
quoniam illae bona accipentes lampadibus, non  
conspicuerunt lucis lectionem: prudenterve  
erant etiam illae in spissis foisi cum  
lambadibus: tunc autem factore  
et illae conseruavint edocere, et dor-

**L**ampadibus nunc ducere factus  
erat illis tempore regni eius obuiam  
et illae accipientes bonas virgines  
erant et conservaverunt lampadas suas. Fa-  
cetus autem factorem duxisse: date  
tim illis ut possint. illae accipientes no-  
te conseruavint lucis lectionem pru-  
dente obuiam: et illae ibi sufficiat  
tempore regni eius ut regnare et residentes,

**L**ampadibus nunc tempore venit  
et illae sunt intrave-  
nientes, et clausa est ia-  
cerum regnum et reli-  
qua domine Domini-  
us de seipsum ait

qc-

nescio vos. Vigilate itaq; quia nescitis diem, neque horam.

---

## MEDIT. XXXII.

Ex Matth. 25. num. 14. ad 30.

I. **S**icut enim homo peregrè proficiens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona, & vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vni cuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque; similiter, & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui.

II. Post multum verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis: & accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Ait illi Dominus eius: Euge serue bone, & fidelis, quia tu fuisti fidelis, supra multa te intra in gaudium Domini tui: & qui duo talenta acceperat, domine duo talenta tradi alia duo lucratus sum.

Q 4

Ait

---

*MEDIT. XXXI.**Ex Matth. 25. num. 1. ad 13.*

I. **T**unc simile erit regnum cœlorum decem Virginibus; quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiā sponsō, et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: moram autem faciente sponsō, dormitauerunt omnes, et dormierunt.

II. Media autem nocte clamor factus est: Ecce Sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornauerunt lampadas suas. Fatuæ autem Sapientibus dixerunt: date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguitur: Responderunt prudentes dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis.

III. Dum autem irent emere venit Sponsus; et quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, et clausa est ianua. Nouissimè vero veniunt et reliquæ virgines dicentes: Domine Domine, aperi nobis: At ille respondens ait

qđ-

nescio vos. Vigilate itaq; quia nescitis diem, neque horam.

---

## MEDIT. XXXII.

Ex Matth. 25. num. 14. ad 30.

I. **S**icut enim homo peregrè proficiens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona, & vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque; similiter, & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui.

II. Post multum verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis: & accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam intra in gaudium Domini tui: Accessit autem, & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum.

Q 4

Ait

## MEDIT. XXVII.

*Ex Matt. 24. m. 15. ad 19. Marc.  
13. m. 14. ad 17. Luc. 21.  
num. 20. ad 24.*

I. **C**um autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem tunc scitote, quia appropinquavit desolatio eius, & cum videritis abominationem desolacionis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco Sancto, ubi non debet, qui legit intelligat.

II. Tunc qui in Iudea sunt fugiant ad montes, & qui in medio eius discedant, & qui in regionibus non intrent in eam, & qui super rectum non descendat in dominum nec introeat, ut tollat aliquid de domo sua, & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere tunicam, seu vestimentum suum. Quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia, quæ scripta sunt.

III. Væ autem prægnantibus, et nutrientibus in illis diebus; erit enim pressura magna super terram, et ira populo huic, et cadent in ore gladij, et captivi ducentur in omnes gentes; Et Ierusalem calcabitur à Gentibus donec impleantur tempora nationum.

Ha-

*Hactenus de signis prioribus consummationis mundi, & de desolationis Ierosolyma, accepto; deinceps vero de signis propioribus consummationis mundi, nempe de persecutione Anticristi omnium maxima de signis in calo.* *Q. De verisque enim interrogatus fuerat.*

## NOTE A.

*Ab exercitu, Titi Vespasiani Romano-rum Ducis.*

Abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele; id est recitata à Daniele c. 9. & illi prophetizata à Gabriele dicente: Deficiet hostia, et Sacrificium, et erit in Templo abominatione desolationis, & vsq; ad consummationem, et finem perseverabit desolatio. Desolationem abominabilem credo, intelligit prophanationem Templi à Gentilibus Idololatriis, & incensionem, postquam nunquam amplius restaurari posuit, sicut restaurarum fuit post captivitatem Babyloniam; nec ita ut à Iudeis potuerint ibi pristina Sacrificia peragi, immo nec restaurabitur, sed ita permanebit ille locus, usq; ad consummationem seculi, ut dicitur Danielis 9. & infra Christus Luc 21.

Et Ierusalem calcabitur à Gentibus donec impleantur tempora nationum. & Isaías 25. Quia posuisti Ciuitatem in tumulum urbem fortem in ruinam, dominum alienorum: ut non sit Ciuitas, et in seca.

sempiternum non ædificetur. Rorest etiam nomine abominationis, intelligi. indignatio diuina, qua abominacurus erat populum Iudaicum. Et iram superuenturam loco alias Sancto, & talis, ut vi eius desolatio perpetua securra sit. Quando igitur videris ab exercitu Gentilium incendi, & destruitem plumb hoc, sciroto hanc fore illam desolacionem perpetuam, qua legitur ip. Daniele Prophetæ. Reliqua enī expositiones huīus loci, aut non conueniunt tempori futuro, aut violentiores sunt, nec congruunt prophetia Danielis.

Tunc qui in Iudaea sunt, ecc. premones de velocissima fuga, ne conclusi in Civitate, aut propter illam trucidentur, aut capiantur.

---

### MEDIT. XXVIII.

*Ex Matth. 24. num. 20. ad 28.*

*Marcii 13. num. 18.*

*ad 23.*

I. **O** Rate autem, ut non fiat fuga vestra in hyeme, vel Sabbato erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet: *seu ut Marcus*, erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus usque nunc, neque fient.

Et

II. Et nisi breuiati fuissent dies illi,  
seu nisi breuiasset Dominus dies, non fieret salua omnis caro, sed propter elec-  
tos quos elegit breuiauit dies, seu bre-  
uiabantur dies illi.

III. Et tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut ecce illic, nolite credere: exurgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & portenta, seu prodigia, ita ut in errorem inducantur ( si fieri potest ) etiam electi. Vos ergo videte, ecce prædixi vobis omnia, si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere.

IV. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret usq; in Occidentem; ita erit, & Aduentus Filij hominis: ubi cunq; fuerit corpus congregabuntur, & aquilæ.

## N O T A.

Hieme, vel Sabbato: cum Titus tempore Paschatis quo Iudei confluxerant Ierosolymam, cooperit eam obsidere: eamque expugnarit, ac occuparit ineunte Augusto mensa, & Christus dicat breuiandos propter electos, dies illos, non videntur hac referenda ad tribulationem sub Tito, esto fuerit ingens, sed sub Antechristo, nam cum de signis, & excidij Ierosolyma, & consummationis seculi interrogatus fuisset, transit postea ad signa consummationis seculi:

M E.



## MEDIT. XXIX.

*Ex Matt. 24. nū. 29. ad 30. Marcū  
13. nū. 24. ad 32. Luc. 21.  
num. 25. ad 33.*

I. **S**TATIM autem post tribulationem dierum illorum, erunt signa in Solē, & Luna, & Stellis, & in terris pressurā gentium præconfusione sonitus maris, & fluctuum; arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi: nam Sol obscurabitur, seu contenebrabitur, & Luna nondabit splendorem, seu lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.

II. Et tunc parebit signum Filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum virtute, & potestate magna, & maiestate, & gloria: Et tunc mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum, vsq; ad terminos eorum, seu, ut Marc. à summo terræ vsq; ad summum cœli.

III. His autem fieri incipientibus, respice, & leuare capita vestra, quoniam

ap-

appropinquat redemptio vestra; & dixit illis similitudinem: videte ficalneam, cùm iam ramus eius tener fuerat, & folia nata, & omnes arbores cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstus. Ita & vos cum videritis hæc omnia fieri, scitote quia regnum Dei prope est in ianuis.

IV. Anien dico vobis quoniam non transfibit generatio hæc donec omnia ista fiant, cœlum, & terra transfibunt verba autem mea non transfibunt. De die autem illa, & hora nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque Filius, nisi solus Pater.

## N O T A E.

Non transfibit generatio hæc: nempe tempus destinatum generationi hominum, & habitationi super terram.

Neque Filius; scientia scilicet practica, qua possit vobis id manifestare.

## MEDIT. XXX.

*Ex Matt. 24. nū. 37. ad 50. Marci 13. nū. 33. ad 37. Lnc. 21.  
nū. 34. ad 36.*

I. **A**ttendite autem vobis, ne fornicarienetur corda vestra in crapa-

Q 2 la,

la, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ; sicut autem in diebus Noe ita erit, & aduentus Filij hominis: sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes, & bibentes, nubentes, & nupti tradentes, vsq; ad eum diem, quo intravit Noe in arcam. & non cognoverunt, domine venit diluvium, & tulit omnes, ita erit, & aduentus Filij hominis.

II. Tunc duo erunt in agro; unus assuetur, & unus relinquetur; duæ molentes in mola, una assuetur, & una relinquetur: Videte igitur vigilare omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, & stare ante Filium hominis, nescitis enim qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret pater familias, qua hora fuerit venturus esset, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam. Ideo, et vos estote parati: quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est.

III. Quis putas est fidelis seruus, et prudens, quem Dominus suus peregrè profectus constituit super familiam suam, ut det illis cibum in tempore, et reliquit domum suam, et dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, et ianitori præcepit, ut vigilet? Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenierit sic

fa-

facientem. Amen dico vobis super omnia bona constituet eum.

IV. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo : Moram facit Dominus meus venire , et cœperit percutere conservos suos ; manducet autem , et bibat cum ebriosis : veniet Dominus servi illius , in die qua non sperat , et hora qua ignorat , et diuidet eum partemq; eius ponet cum hypocritis : illic erit fletus , et stridor dentium . Vigilate ergo : nesciatis enim quādo Dominus domus veniat , serò , an media nocte , an galli cantu , an manè : ne cùm venerit reperire inueniat vos dormientes . Quod autem vobis dico , omnibus dico : vigilate .

*Claudit S. Lucas Caput 21. illis verbis.*  
 Erat autem diebus docens in templo : noctibus verò exiens morabatur in monte , qui vocatur Oliuerti , et omnis populus manicabat ad eum in templo audire cum . Quod dictum intelligendum puto de diebus precedentibus , ut suppleret implicitè , quod alij Euangelista tradiderunt : nam ex Iohanne habemus eum se abscondisse à Iudeis , & ex Mattheo dixisse : Non me videbitis amodo donec , etc. Reliqua verò docuit in Monte Oliuerti , tempe parabolas decem Virginum , & Talentorum , de quibus mox , eratq; tunc dies 31. Martij feriaq; 3.



---

*MEDIT. XXXI.**Ex Matth. 25. num. 1. ad 13.*

I. **T**unc simile erit regnum cœlorum decem Virginibus; quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiā sponsō, et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus: moram autem faciente sponsō, dormitauerunt omnes, et dormierunt.

II. Media autem nocte clamor factus est: Ecce Sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, et ornauerunt lampadas suas. Fatuæ autem Sapientibus dixerunt: date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguitur: Responderunt prudentes dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, et vobis, ite potius ad vendentes, et emite vobis.

III. Dum autem irent emere venit Sponsus; et quæ patetæ erant intrauerunt cum eo ad ouptias, et clausa est ianua. Nouissimè vero veniunt et reliquæ virgines dicentes: Domine Domine, aperi nobis: At ille respondens ait

ne-

nescio vos. Vigilate itaq; quia nescitis diem, neque horam.

---

## MEDIT. XXXII.

Ex Matth. 25. num. 14. ad 30.

I. **S**icut enim homo peregrè proficiens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona, & vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundum propriam virtutem, & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque; similiter, & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fudit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui.

II. Post multum verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis: & accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque super lucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam intra in gaudium Domini tuū: Accessit autem, & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum.

Q 4

Ait

**Ait illi Dominus eius: Euge serue bone,  
& fidelis, quia super pauca fuisti fidelis  
supra multa te constituam intra in gau-  
dium Domini tui.**

**III. Accedens autem, & qui vnum ta-  
lentum acceperat, ait: Domine, scio quia  
homo durus es, metis vbi non seminasti,  
& congregas vbi non sparsisti: & timens  
abij, & abscondi talentum tuum in ter-  
ra: Ecce habes quod tuum est. Respon-  
dens autem Dominus eius dixit ei. Ser-  
ue male, & piger, sciebas quia meto vbi  
non semino, & conGrego vbi non sparso;  
oportuit ergo te committere pecuniam  
meam numularijs, & veniens ego rece-  
piscem vtique, quod meum est cum vſu-  
ra. Tollite itaq; ab eo talentum, & date  
ei, qui habet decem talenta: omni enim  
habenti dabitur, & abundabit: ei autem  
qui non habet, & quod videbitur habere,  
auferetur ab eo. Et inutilem seruum ej-  
cite in tenebras extiores: illic erit fle-  
tus, & stridor dentium.**

### **MEDIT. XXXIII.**

**Ex Matth. 25. num. 31. ad 46.**

**I. C**um autem venerit Filius hominis  
in maiestate sua, & omnes Ange-  
li cum eo, tunc sedebit super sedem ma-  
iestatis suæ, & congregabuntur ante eum  
om-

omnes gentes, & separabit eos ab inuidem, sicut pastor segregat oves ab hostiis: & statuet oves quidem à dextris suis, hostes autem à sinistris. Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.

II. Esurui enim, & dedisti mihi manducare; sitiui, & dedisti mihi bibere; hospes eram, & collegistis me; nudus, & cooperuistis me; infirmus, & visitastis me; in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine quando te vidimus esurientem, & pauperem te? sitiensem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex dicet illis. Amen dico vobis, quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

III. Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius: Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non dedistis mihi potum; hospes eram, & non collegistis me; nudus, & non cooperuistis me; infirmus, & in carcere, & non visitastis me.

IV. Tunc respondebunt, & ipse dicentes: Domine quando te vidimus esurientem,

370 TERTIA PARS  
tem, aut frumentem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi? Tunc respondebit ille dicens: Amen dico vobis; Quamdiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis.

Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.

---

MEDIT. XXXIV.

Ex Matth. 26. nu 1. ad 13 Marci  
14. num. 1. ad 9. Luca  
22. nu. 1. 2.

I. **A**ppropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha, ut Luc. seu ut Marc. Erat autem Pascha, & Azyma post biduum; & factum est, cum consummasset Iesus sermones homines, dixit Discipulis suis: Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur, ut crucifigatur. Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum, & Scribae, & Seniores populi in atrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, & confilium fecerunt, ut Iesum dobro tenerent, & occiderent: dicebant autem non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo: timebant vero plebem.

Cum

II. Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit, & accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati. *sem* pistici pretiosi, & fracto alabastro effudit super caput eius recumbentis. Videntes autem quidam Discipuli indignati sunt, intra se metipos dicentes: ut quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum illud venundari plusquam trecentis denarijs, & dari pauperibus, & fremebant in eam.

III. Sciens autem Iesus ait illis: finite eam, quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me, semper enim pauperes habetis vobiscum, & cum volueritis, potestis illis benefacere, me autem non semper habetis. Quod habuit hæc fecit, mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit, *sem* præuenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, vbi cunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in vniuerso mundo, narrabitur, & quod hæc fecit in memoriam eius.

IV. Intrauit autem Satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim, & tunc abiit ad Principes Sacerdotum, & locutus est cum Principibus Sacerdotum, & Magistratibus, que in admodum illum proderet eis, & gauisunt, & ait illis: Quid vultis mihi dare,

& ego vobis eum tradam? At illi pauci  
sunt pecuniam illi dare, & constituerunt  
illi triginta argenteos, & spopondit, &  
ex inde quærebat opportunitatem, ut  
traderet illum sine turbis.

## N O T A E.

Licet aliqui ob quandam similitudinem  
confundant sive prandium, sive cœnam hanc,  
cum ea, quam refert Ioannes capite 12. lon-  
gè tamen diuersa est, quia illa fuit sexto die  
ante Pascha, & in domo Martha ministran-  
tis, & Maria fuit qua unxit pedes Iesu. At  
tac fuit biduo ante Pascha, & in domo Simo-  
nis leprosi, & unctum fuit caput Domini, nec  
exprimitur an fuerit Maria Magdalena, li-  
cit probabiliter putetur fuisse, quia lauaria à  
magistro in priori cana, aucta fiducia caput  
quoq; ungere non dubitarit.

Pascha, et Azyma post biduum. Hoc  
anno 33 Christi, Pascha, & dies festus Azymorum  
incidit in 3. Aprilis, & feriam 6. ut  
estendimus Tomo 1. Chronologia Reformata  
lib. 8. dies autem inchoabatur ab occasu So-  
lis: Quare dicta hoc loco à Christo. & secunda  
hac cœna in domo Simonis, incidit in feriam  
4. aitemq; 1. Aprilis.

Nardi spicati seu pistici: Interpres enim  
Ioannis verit pistici, quod Marci interpres  
verie ac spicati; longè enim excellentius est  
unguentum, quod exprimitur à nardi spica,  
quam quod à folijs ex Plinio l. 12. c. 12. unde

A. H.

autem dicta sit pistica, vide Cornelium à Lapide in c. 12. Ioannis.

Triginta argenteos, nempe 30. libras, seu minas argenti, sic enim accipitur argenteus in libris prophetarum, ut apud Ieremiam c. 32. ubi dicitur: Et emi agrum ab Hameel, &c. & appendi ei argentum, septem stateres, & decem argenteos, &c. & appendi argentum in statera; id est 10. libras argenti, & præterea septem stateres, id est quatuor fere uncias argenti; stater enim 4. drachmas, seu semunciam appendebat, & Zacharia 12. & appenderunt mercedem meam triginta argenteos, &c. ex libra autem argenti cudebantur denarij 96. & ex 30. libris denarij 2880. id est Scutulis Romani 288 qui non sunt nimium pretium, si species, vel agrum figuli emptum, vel desiderium Iudeorum de captura Christi, vel auditatem Iudea, qui pro trecentis denariis nardi à Magdalena effusa, decuplo lucratus est nempe 30. libras argenti.

## M E D I T. XXXV.

*Ex Matth. 26. nn. 17. ad 25. Marc.*

*I 4. num 10. ad 21 Luca*

*22. nn. 3. ad 14.*

I. **V**enit autem dies Azymorum, seu prima dies Azymorum, quando

Pa-

Pascha immolabant, seu in qua necesse erat occidi Pascha (*idest Agnum Pascha-tem*) & accesserunt Discipuli ad Iesum dicentes; Quo vis eamus, *seu* vbi vis parremus tibi, ut manduces Pascha? Et misit Petrum, & Ioannem dicens: Euntes parate nobis Pascha, ut manducemus; At illi dixerunt, vbi vis parremus? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem, & ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo, lagenam, *seu* amphoram aquæ baiulans: sequimini eum in domum, in quam intrat, & dicetis patri familias domus: Dicit tibi magister: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum Discipulis meis. Vbi est diuersorium, seu refectio mea, vbi Pascha cum Discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis coenaculum grande stratum, & illic parate nobis.

II. Et fecerunt Discipuli sicut constituit illis Iesus, & abierunt, & venerunt in ciuitatem, & inuenierunt sicut dixerat illis, & parauerunt Pascha. Vespere autem facto, cum facta esset hora, venit cum duodecim, & discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et discubebat cum duodecim discipulis suis. Et discubebat cum duodecim discipulis suis. Et discumbentibus eis, et manducantibus, ait Iesus: Amen dico vobis, quia unus ex vobis me tradet, qui manducat mecum. At illi contristati valde cœperunt singuli dicere: nunc quid ego sum Domine? At ipse respondens ait: Vnus ex duodecim, qui intigit me-

mecum manum in paropside, seu catino.  
hic me tradet.

III. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo: vñ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur; Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi: tu dixisti.

## N O T A.

Cœnaculum grande; multi ex quadam traditione putat, fuisse domum Ioannis Mariæ, qui postea fuit Socius SS. Pauli, & Barnabæ, qua domus in Ecclesiam deinde conuersa fuit: Ita Iansenius, Baronius, Adricomius, & alij non pauci.

Vespere autem facto: feria scilicet quinta, dieq; 2. Aprilis exente, & ab occasu Solis ineunte feria 6. dieq; 3. Aprilis: Agnus enim Paschalis comedendus erat vespere, hoc est prope occasum Solis in crepusculo vespertino; vide cap. 12. Exodi.

Tu dixisti: hoc dictum fuit à Domino submissa voce Iude propius accumbenti, id enim alij Apostoli non audierunt.

Digitized by Google

## MEDIT. XXXVI.

Ex Ioannis 13. num. 1. ad 11.

I. **A**nte diem autem festum Paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem; cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et coena facta, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes: sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia à Deo exiuit, et ad Deum vadit.

II. Surgit à coena, et ponit vestimenta sua, et cum accepisset linteum præcinctum se. Deinde misit aquam in peluim, et coepit Iauare pedes Discipulorum, et extergere linteum, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum, et dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, et dixit ei, quod ego facio tu nescis modò, scies autem postea.

III. Dicit ei Petrus: non lauabis mihi pedes in æternum: Respondit ei Iesus, si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine non tantum pedes meos, sed et manus, et caput.

IV. Dicit ei Iesus. Qui locus est non in.

indiget nisi ut pedes lauet , sed est mun-  
dus rotus , et vos mundi estis , sed non  
omnes . Sciebat enim quisnam esset , qui  
traderet eum : propterea dixit non estis  
mundi omnes .

---

## MEDIT. XXXVII.

Ex Ioannis I. 3. num. 12. ad 20.

I. Postquam ergo lauit pedes eorum  
accepit vestimenta sua , et cum re-  
cubuissest , iterum dixit eis , scitis quid  
fecerim vobis ? Vos vocatis me Magister ,  
et Domine , et bene dicitis , sum enim ;  
si ergo ego laui pedes vestros Dominus ,  
et Magister , et vos debetis alter alterius  
lauare pedes ; Exemplum enim dedi vo-  
bis , ut quemadmodum ego feci vobis ,  
ita et vos faciatis .

II. Amen amen dico vobis , non est  
seruus maior Domino suo , neque Apo-  
stolus maior est eo qui misit illum : si haec  
scitis beati eritis , si feceritis ea .

III. Non de omnibus vobis dico : Ego  
scio quos elegerim , sed ut adimpleatur  
Scriptura : Qui manducat mecum panem ,  
leuabit contra me calcaneum suum .  
Amodo dico vobis , priusquam fiat : ut  
cum factum fuerit credatis quia ego  
sum .

IV. Amen amen dico vobis qui acci-  
pit

378 TERTIA PARS  
pit si quem misero, me accipit; qui autem  
me accipit, accipit eum qui me misit.

---

MEDIT. XXXVIII.

*Ex Matt. 26. nū. 26. ad 29. Marcis  
14. num. 22, ad 25. Luce  
22. nū. 15. ad 20.*

I. **C**oenantibus autem eis at illis:  
Defiderio desiderauit hoc Pascha  
manducare vobiscum, antequam patiar  
dico enim vobis, quia ex hoc non ma-  
ducabo illud, donec impleatur in regno  
Dei.

II. Et accepit Iesus panem, et bene-  
dixit, *seu* gratias egit, ac fregit, deditq;  
Discipulis suis dicens: Sumite HOC EST  
CORPVS MEVM, quod pro vobis da-  
tur, hoc facite in meam commemora-  
tionem. Similiter et calicem accipiens  
postquam coenavit gratias egit, et dedit  
eis dicens. Accipite diuidite inter vos,  
et bibite ex hoc omnes. HIC EST ENIM  
SANGVIS MEVS, noui testamenti, *as*  
*ut Lucas*, hic est calix nouum testamen-  
tum in sanguine meo, qui pro vobis, &  
pro multis effundetur in remissionē pec-  
catorum. Et biberunt ex illo omnes.

III. Amen autem dico vobis, ~~non~~  
bibam a modo de hoc genimine, *seu* de  
hac

hac generatione vitis , donec veniat re-  
gnum Dei , seu usque in illum diem , cum  
illud bibam nouum vobiscum in regno  
Dei Patris mei .

## N O T A :

*Bibam nouum , quando scilicet consecra-  
tum fuerit vinum . & conuersum in meum  
sanguinem . iam gloriosum post resurrectionem :  
est aliquis putent eum loqui de alio vino , quo  
Beati inebriabuntur ab ubertate domus Dei ,  
ex psalmo 35.*

---

## M E D I T . XXXIX.

*Ex. Ioannis 13. num. 21. ad 32.*

*Lucæ 22. nu. 21. ad 23.*

I. **C**um hæc dixisset Iesus turbatus est  
spiritu ; et protestatus est , et dixit :  
Veruntamen amen amen dico vobis ,  
quia unus ex vobis tradet me ; ecce manus tradentis me , mecum est in mensa ,  
et quidem Filius hominis secundum quod  
definitum est vadit , veruntamen vero ho-  
mini illi per quem tradetur . *Id enim non  
semel , sed saepe inculcauit Dominus .*

II. Aspiciebant ergo ad inuicem di-  
scipuli hæsitantes de quo diceret , et ipsi  
cœperunt querere inter se , quis esset  
in .

inter eos, qui hoc facturus esset, erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus: ianuit ergo huic Simon Petrus, et dixit ei: *Quis est de quo dicit?* Itaque cum recubuisse illi supra pectus Iesu dicit ei: *Domine quis est?* Respondit Iesus: *ille est, cui ego instinctum panem porrexero:* et cum intinxisset panem, dedit Iude Simonis Iscariotæ; et post bucellam tunc introiuit in eum Satanus, ei dicit ei Iesus, *quod facis fac citius.*

III. Hoc autem nemo sciuit discubentium ad quid dixerit ei. Quidam, enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis, ut aliquid daret. Cum ergo accepisset illi bucellam exiuit continuo, erat autem nox.

IV. Cum ergo exisset dixit Iesus: *Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in eo: Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit illum in semetipso, et continuo clarificabit eum.*



## MEDIT. XL.

*Ex Luce 22. nn. 24. ad 30. Ioann.  
13. nnum. 33. ad 35.*

I. **F**acta est autem , et contentio inter eos , quis eorum videretur esse maior . Dixit autem eis : Reges gentium dominantur eorum , et qui potestatem habent super eos beneficū vocantur : Vos autem non sic , sed qui maior est in vobis fiat minor , et qui præcessor sicut minister . Nam quis maior est , qui recumbit , an qui ministrat ? nonne qui recumbit ? Ego autem in medio vestri sum , sicut qui ministrat .

II. Vos autem estis , qui permanistis mecum in temptationibus meis ( *siam enim Iudas exierat* ) et ego dispono vobis , sicut disposuit mihi Pater meus regnum , ut edatis , et bibatis super mensam meam in regno meo , et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel .

III. Filioli adhuc modicum vobiscum sum : Quæretis me , et sicut dixi Iudæis : Quo ego vado vos non potestis venire , et vobis dico modò : Mandatum nouum do vobis , ut diligatis inuicem , sicut dilexi vos , ut et vos diligatis inuicem . In hoc cognoscent omnes , quia Discipuli

mei

382 TERTIA PARS  
mei estis, si dilectionem habueritis ad  
inuicem.

N O T A E.

*Occlusio contentioneis de primatu videtur  
erat ex Iohanne recumbente in sinu Iesu, quem  
norante aliis cum fratre postulasse primas  
sedes.*

*Benefici vocantur: videlicet Idonei ad  
benefaciendum.*

---

MEDIT. XLI.

*Ex Iohannis 13. num. 36. ad 38. &  
Luc. 22. nu. 31. ad 38.*

I. **A** It autem Dominus : Simon Si-  
mon, ecce Satan as expetiuit vos,  
ut cribaret sicut triticum ; ego autem ro-  
gaui pro te, ut non deficiat fides tua,  
et tu aliquando conuersus confirmas fra-  
tres tuos.

II. Dicit ei Simon Petrus : Domine  
quo vadis ? Respondit Iesus : Quo ego  
vado non potes me modo sequi, sequeris  
autem posteà: dicit ei Petrus : quare non  
possum te sequi modo ? Domine tecum  
paratus sum , et in carcerem , et in mor-  
tem ire ; Animam meam pro te ponam .  
Respondit ei Iesus : animam tuam pro  
me

me pones? Amen amen dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me.

III. Et dixit eis: Quando misi vos si de sacculo, et pera, et calceamentis nunc quid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter, et petram, et qui non habet vendat tunicam suam, et emat gladium. Dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me: et cum inquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me finem habent.

IV. At illi dixerunt: Domine ecce duo gladij hic, at ille dixit eis satis est.

### N O T A.

*Qui habet sacculum, etc. id est nunc diversum est tempus, & opus est, ut quisq; sibi bene prospiciat, sed in sensu morali, ut animam suam premuniat à tentationibus, & gladium spiritus assumat, quod est verbum Dei, ne ob meam passionem, & mortem in scandalum, & infidelitatem cedat.*

*Reliquum Sermonis Domini habetur Iohannis cap. 14. usq; ad numerum 31. quando surrexit à mensa, & hymno dicto exiit versus Monachum Oliveri, ut referunt Matthaeus c. 26. num. 30. Marcus cap. 14. num. 26. ac Lucas c. 22. num. 39. In itinere autem profectus est sermonem illum, qui continetur capi-*

### 384 TERTIA PARS

capitibus Ioannis 14. 15. 16. & 17. eoque  
absoluto egressus è Civitate trans torrentem  
Cedron, & ingressus Gersomani reliqua  
predixit discipulis, sed quia proximitas illius  
Sermonis Meditationes de Passione in alienum  
tempus produceret, & eius magnam partem  
Ecclesia differt in tempus post Pascha;  
Nos quoq; eorum illum sermonem, qui conser-  
netur capite 14. Ioannis à num. 32. & capi-  
tibus 15. 16. ac 17. reycimus in tempus post  
Pascha.

---

### MEDIT. XLII.

*Ex Math. 26. nū. 30. ad 38. Marci  
14. nūm. 26. ad 34. Luc. 22.  
nū. 39. 40. Ioan. 14. nū.  
31. & c. 18. nū. I.*

I. **S**ed ut cognoscat mundus, quia di-  
ligo Patrem, et sicut mandatum  
dedit mihi Pater sic facio: Surgite ea-  
mus hinc, et hymno dicto egressus ibat  
secundum consuetudinem in Montem  
Oliuarum, secuti sunt autem illum, &  
Discipuli, et exierunt in montem Oli-  
ueti. Prosecuritus est autem sermonem de  
quo supra, eoq; absolute prope torrentem Ce-  
dron Ioannes ait. Hæc cum dixisset, Iesus  
egressus est cum Discipulis suis trans tor-  
ren-

tentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse, et Discipuli eius.

II. Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte; scriptum est enim: percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis: postquam autem resurrexero præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor, & ait illi Iesus. Amen dico tibi, quia tu hodie, in nocte hac, priusquam Gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At Petrus amplius loquebatur: etiam si oportuerit me mori tecum, /en commori tibi non te negabo, similiter autem, & omnes discipuli dixerunt.

III. Tunc venit Iesus in prædium, /en villam cui nomen Getsemani, & dixit Discipulis suis: sedete hic donec vadam illuc, & orem. & assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi Iacobō, & Ioanne secum, cœpit contristari, & molestus esse, & ut addit Marcus pauere, & rædere: & tunc ait illis. Tristis est anima mea usq; ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum, & cum peruenisset ad locum dixit illis: orate ne intretis in tentationem.

## N O T A E.

*Quod refert Iohannes anticipato de ingressu in*

R

*de bortum, intelligendum puto post ingressum  
in villam Getsemantis.*

Egressus est trans torrentem, id est trans-  
gressus, iam enim hymno dicto egressus fuerat  
de cœnaculo, & ciuitate.

Cedron, non Cedrorum, sed ex Hebraica  
significatione singulare nomen est, & signifi-  
cat obscurum, seu caliginosum, seu umbrosum;  
hic enim torrentis inter Ierosolymam, & Oli-  
ueti Montem labens per vallem Iosaphat  
ebat, quaerat fere commune cœmeterium ci-  
uitatis, & in ea Asa, Ezechias, & Iosias Re-  
ges combussero idola, proiecientes cineres in  
torrentem Cedron: David quoque fugiens Ab-  
salonem transgressus est Cedron, & fuit in hoc  
figura Christi non fugiens, sed ulro se per-  
secutoribus offerentis.

---

### MEDIT. XLIII.

*Ex Matt. 26. nu. 39. ad 46. Marc.*

*I4. nu. 35. ad 42. Luc. 22.*

*num. 41. ad 45.*

I. **E**t ipse auulsus est ab eis quantum  
iactus est lapidis, & progressus pu-  
fillum, positis genibus procidit in faciem  
suam super terram, & orabat, ut si fieri  
posset, transiret ab eo hora, orans, &  
dicens: Abba Pater omnia tibi possibi-  
lia sunt, Pater mihi si possibile est, transi-  
re a me

à me calix iste , *sed* transfer calicem hunc  
à me . Veruntamen non mea voluntas ,  
sed tua fiat , non sicut ego volo , sed si-  
cuit tu.

II. Et venit ad Discipulos suos , & in-  
uenit eos dormientes , & dicit Petro : Si-  
mon dormis ? sic non potuisti , *sed* potui-  
stis una hora vigilare mecum ? Vigilate ,  
& orate , vt non intretis in tentationem .  
Spiritus quidem promptus est , caro au-  
tem infirma .

III. Et iterum secundè abijt , & orā-  
uit eundem sermonem dicens : Pater mi-  
si non potest hic calix transire nisi bibam  
illum , fiat voluntas tua , & reuersus de-  
nuo inuenit eos dormientes , erant enim  
oculi eorum grauati , & ignorabant quid  
responderent ei : & relictis illis iterum  
abijt , & orauit tertio eundem sermonem  
dicens . Apparuit autem illi Angelus de  
cœlo confortans eum , & factus in ago-  
nia prolixius orabat : & factus est sudor  
eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in  
terram .

IV. Et cum surrexisset ab oratione , &  
venisset tertio ad Discipulos suos , inue-  
nit eos dormientes præ tristitia , & ait  
illis : ironice . Dormite iam , & requiesci-  
te . Quid dormitis ? sufficit surgite , ora-  
te , ne intretis in tentationem : Ecce ap-  
propinquauit hora , & Filius hominis  
adetur in manus peccatorum : surgite  
et ihu , ecce appropinquauit qui me tra-  
det .

## MEDIT. XLIV.

*Ex Matth. 26. nū 47. ad 57. Marc.  
14. num. 43. ad 52. Luc. 22.  
nū. 47. ad 53. Ioan. 18.  
num. 3. ad 11.*

I. **S**ciebat autem, & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum Discipulis suis; Iudas ergo, cùm accepisset cohortem, & à Pontificibus, & Phariseis ministros; venit illuc cum laternis, & facibus, & armis, & adhuc eo loquente, ecce Iudas Iscariotes vñus de duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladijs, & fustibus, /eu lignis missi à Principibus Sacerdotum Scribis, & Senioribus populi Iesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super se, processit & dixit eis: Quem quæratis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum: Dicit eis Iesus. Ego sum: Stabat autem, & Iudas qui tradebat eum cum ipsis, & antecedebat eos. Vt ergo dixit eis: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos: quem quæratis? illi autem dixerunt. Iesum Nazarenum: Respondit Iesus: dixi vobis quia ego sum; si t'go me

me quæritis finite hos abire : Ut impleatur sermo quem dixit . Quia quos dedisti mihi , non perdidi ex eis quemquam .

II. Dederat autem traditor eius signum eis dicens : Quemcunq; osculatus fuero , ipse est , tenete eum , & ducite cautè , & confessim appropinquauit Iesu , ut oscularetur illum , & accedens ad Iesum dixit : Ave Rabbi , & osculatus est eum . Iesus autem dixit illi : Amice ad quid venisti ? Iuda osculo Filium hominis tradis ?

III. Cohors ergo , & tribunus , & ministri Iudæorum accesserunt , & manus iniecerunt in Iesum , & comprehenderunt , & ligauerunt eum . Videntes autem hi , qui circa ipsum erant quod futurum erat , dixerunt ei : Domine si percutimus in gladio ? Et ecce Simon Petrus unus de circumstantibus , qui erant cum Iesu habens gladium , & extendens manum exemit gladium , & percutiens serum Principis Sacerdotum , amputauit , seu abscidit auriculam eius dexteram . Erat autem nomen seruo Malchus : Respondens autem Iesus ait : Sinite usque huc , & ait Petro conuerte gladium tuum in locum suum , / in vaginam , omnes enim qui acceperint gladium gladio percibunt . An putas quia non possum rogarie Patrem meum , & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum ?

Iorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri; Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam? Et cum tetigisset auriculam eius sanauit eum.

IV. In illa hora dixit Iesus ad eos, qui venerant ad se Principes Sacerdotum, & Magistratus templi, & seniores, & turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non extendistis manus in me; & non me tenuistis: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum; hoc autem totum factum est, ut adimpleretur Scripturæ Prophetarum.

V. Tunc discipuli eius omnes relicto eo fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur cum amictus sindone super nudo, & resuerunt eum; at ille reiecta Sindone nudus profugit ab eis.

### N O T A E.

Cohortem: erat bac de militia, seu sagellito praefidis Romani, quam Principes Inbaorum impetrabant.

Omnis enim qui acceperint gladium, &c. ordinariè enim, qui priuata auctoritate vindicare se armis voluit, violentia morte moriuntur's vel per omnes intellexit eos quib' secum erant, quasi trucidandos à Cohorte, si gladijs resistere perexissem.

Ob.

Omnis relicto eo fugerunt, ergo & Iacobus annes, esto postea Clam redierit. & se Petro adiunxerit.

---

## MEDIT. XLV.

*Ex Luce 22. num. 54. Ioann. 18.  
num. 12. ad 23.*

I. **C**omprehendentes autem eum, duxerunt ad domum Principis Sacerdotum, & adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim sacerdos Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius (erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudeis, quia expedit unum hominem mori pro populo) sequebatur autem Iesum Simon Petrus a longè, & alius Discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis: Petrus autem stabat ad ostium foris: exiuit ergo Discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiaria, & introduxit Petrum: Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? dicit ille. Non sum. Stabant autem serui, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se, erat autem & Petrus cum eis, stans, & calefaciens se.

II. Pontifex ergo interrogavit Iesum  
R 4 de

392 TERTIA PARS  
de discipulis suis, & de doctrina eius.  
Respondit ei Iesus. Ego palam locutus  
sum mundo; ego semper docui in syna-  
goga, & in templo, quod omnes Iudei  
conueniunt, & in occulto locutus sum  
nihil: Quid me interrogas? interroga  
eos qui me audierunt, quid locutus sum  
ipsis: Ecce hi sciunt quae dixerim ego.

III. Hæc autem cum dixisset, unus  
assistens ministrorum dedit alapam Iesu  
dicens: sic respondes Pontifici? Respon-  
dit ei Iesus: si male locutus sum, testi-  
monium perhibe de malo; si autem bene,  
quid me cardis? & misit eum Annas liga-  
tum ad Caipham Pontificem.

---

### MEDIT. XLVI.

Ex Matth. 26. nū. 58. ad 68. Marci  
14. num. 53. ad 66. Luc. 22.  
num. 63. ad 65. Ioanna.  
18. num. 24.

I. **A**T illitenentes Iesum adduxerunt  
eum ad Caipham Summum Sa-  
cerdotem, ubi Scribæ, & Seniores, & om-  
nes Sacerdotes conuenerant: Petrus au-  
tem securus est eum à longe usq; intro in  
atrium principis Sacerdotum. Accenso  
autem igne in medio atrij, & circumse-  
den-

dentibus illis, Petrus ingressus intus, ut videret finem, sedebat cum Ministris, & calefaciebat se: Principes autem Sacerdotum, & omne Concilium quærebant falsum testimonium cōtra Iesum, ut eum morti traderent; & non inueniebant: Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit. Possum destruere Templum Dei, & post triduum reædificare illud; *seu vel alter testis*: Quoniam nos audiimus eum dicentem, ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum ædificabo, & non erat conueniens testimonium illorum.

II. Et exurgens Summus Sacerdos in medium interrogauit Iesum dicens. Nihil respondeas ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem rasebat, & nihil respondit: Rursum Summus Sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Adiuro te per Deum viuum, ut dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei benedicti: Iesus autem dixit illi: Tu dixisti, ego sum. Veruntamen dico vobis. Amodo videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.

III. Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit: quid adhuc desideramus testes? Ecce

munc audistis blasphemiam : Quid vobis  
videtur ? Qui omnes condemnauerunt  
eum , respondentes . Reus est mortis .  
Tunc expulerunt in faciem eius , & col-  
aphis eum cæciderunt ; alij autem palmas  
in faciem eius dederunt : & coepérunt  
quidam velare faciem eius , dicentes  
Prophetiza nobis Christē , quis est qui te  
percussit ? & ministri alapis eum cæde-  
bant , & illudebant ei , & alia multa bla-  
phemantes dicebant in eum .

## N O T A .

Et non erat conueniens testimonium  
illorum , non solum quia diuersa formula  
verborum uebantur sed etiam quia neurum  
dixerat Iesus : sed doxerat soluite templum  
hoc , &c.

A modo , ideo tandem , vel post hac .

---

## MEDIT. XCVII.

*Ex Matth. 26. num. 69. ad 75. &*  
*c. 27. num. 1. Marci 14. nu. 67.*  
*ad 72 & c 15. Luc. 22. num. 55.*  
*ad 72. Ioann. 18. nu. 25. ad 27.*

L **A**ccenso autem igne in medio atrij  
deorsum , & circumsedentibus il-  
lis ,

Hi, erat Simon Petrus in medio eorum,  
& sedebat foris in atrio calefaciens se.  
Quem cum vidisset ancilla, quædam una  
ex ancillis Summi Sacerdotis sedentem  
ad lumen, & calefacientem se, accessit  
ad eum, & cum fuisset intuita dixit; Et  
tu cum Iesu Galilæo, seu ut Marcus Na-  
zareno eras: Dixerunt ergo ei. alij scilicet  
dubitantes ob ancilla dictum: Numquid,  
& tu ex discipulis eius es? At ille negauit  
eum coram omnibus dicens. Non sum:  
Mulier non noui eum, neque scio, neque  
noui quid dicas: & exiit foras ante  
atrium, et gallus cantauit. Exeunte au-  
tem illo ianuam post pusillum, rursus  
cum vidisset eum alia ancilla coepit dice-  
re circumstantibus. Et hic erat cum Iesu  
Nazareno, et aliis videntibus eum dixit: et  
tu de illis es. At Petrus iterum negauit  
eum iuramento, et ait: O homo non  
sum.

II. Et post pusillum, seu interualllo fa-  
cto quasi horæ viius accesserunt, qui ad-  
stabant, et dixerunt Petro: Verè et tu ex  
illis es, nam et Galilæus es, et loquela  
tua manifestum te facit: et dicit illi unus  
ex seruis Pontificis cognatus eius, cuius  
abscidit Petrus auriculam: Nonne ego  
te vidi in horto cum illo? Tunc coepit  
deterrari anathematizare, et iurare; quia  
nescio hominem istum quem dicitis, seu  
homo nescio quid dicis: Et statim adhuc  
allo loquentे gallus iterum cantauit. Et

conuersus Dominus respexit Petrum: Et recordatus est Petrus verbi Domini, quod dixerat ei Iesus: Priusquam Gallus cantet bis, ter me negabis, et egressus foras Petrus coepit flere, et fleuit amare.

III. Et ut factus est dies conuerterunt omnes Principes Sacerdotum, et seniores populi cum Scribis, et vniuerso Concilio, et duxerunt illum in concilium suum dicentes. Si tu es Christus dic nobis: et ait illis: si vobis dixerim non creditis mihi; si autem, et interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es Filius Dei? qui ait: vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiimus de ore eius.

## N. O. T. A.

Dominus respexit Petrum: exiuerat enim ab atrio, & egressus fuerat in Conclave ubi erat Iesus, ut dixi in notis hic.

Trina Petri negatio predicta à Christo, non comprehendit illam, qua facta est in domo Anna ancilla non affirmante, sed interrogante, & potius sunc negare absq; peccato; sed comprehendit tres factas in domo Caipha, licet coram pluribus, partim affirmantibus, partim interrogantibus, quia illas peccamina-

fas

fas fore pranouit Dominus. & sic de illis lo-  
cutor est, qua spectabant ad Gallicinū primi,  
& secundi tempus. Iam si Christus conuer-  
sus in Petrum oculis, respexit eum modo natu-  
rali, non autem per apparitionem, aut solum  
internam inspirationem. & tunc Petrus egressus  
est foras. & fleuit; Ergo quando prima  
vice egressus fuit ex ariu foras perianuam,  
non est egressus extra toram domum Caipha,  
ne videretur fugere, & maius indicium con-  
tra se dare, sed in conclave, in quo erat Iesus,  
& alij astantes qui Petrum agnoverant; vel  
post egressum, clam regressus venit illuc.

---

## MEDIT. XLVIII.

*Ex Matth. 27. nū. I ad I o. Marcii  
15. nū. I. Luca 23. nū. I.*

I. **M**ane autem factio confilium inie-  
runt omnes Principes Sacerdo-  
tum, & Seniores populi aduersus Iesum,  
ut cum morti tradicerent, & surgens om-  
nis multitudo eorum vincitum adduxe-  
runt eum à Caipha in prætorium ad Pil-  
atum, & tradiderunt Pontio Pilato Præ-  
fidi. Et ipſi non introierunt in Præto-  
rium, ut non contaminarentur, sed ve-  
manducarent Pascha.

II. Tunc videntis Iudas, qui eum tradi-  
dit, quod damnatus esset, poenitentia-

dū.

ductus retulit triginta argenteos Princibus Sacerdotum, & Senioribus dicens: Peccavi tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, quid ad nos tu videris: & projectis argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit.

III. Principes autem Sacerdotum acceptis argenteis dixerunt: Non licet eos mittere in carbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille: Haceldama, hoc est ager sanguinis usque in hodiernum diem. Tunc amplectum est, quod dictum est per Ieremiā prophetā dicentem. Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.

## N O T A.

Ut manducarent Pascha, non agnus Paschalem, quem præcedenti vespere comedevant, sed alias victimas Paschales, qua in die solenni Azymorum conuicio celeberrimo comedebantur, ut constat ex z. Paralip. c. 35.



MEDIT. XLIX.

Ex Matt. 26. nn. 11. ad 14. Marcii  
16. nn. 2. ad 5. Luc. 23. nn. 2.  
ad 4. Ioann. 18. num.  
29. ad 38.

I. **E**xixuit ergo Pilatus ad eos foras, &  
dixit: Quam accusationem affer-  
atis aduersus hominem hunc? Respondo-  
runt, & dixerunt ei: Si non esset hic ma-  
lefactor, non tibi tradidissemus eum: Di-  
xit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos,  
& secundum legem vestram iudicate  
eum: Dixerunt ergo ei Iudei. Nobis  
non licet interficere quenquam: Ut ser-  
mo Iesu impleretur quem dixit, signifi-  
cans qua morte erat moriturus. **C**rucifi-  
**xio enim erat supplicium usitatum à Roma-  
nis, & Gentilibus, non à Iudeis.**

II. Cœperunt autem illum accusare  
in multis dicentes. Hunc inueninius sub-  
uertentem gentem nostram, & prohiben-  
tem tributæ dare Cæsari, & dicentem se  
Christum Regem esse. Introiuit ergo  
iterum in prætorium Pilatus, & vocauit  
Iesum. Iesus autem stetit ante Præsidem,  
& interrogauit eum Pilatus præses di-  
cens. Tu es Rex Iudeorum? Respondit  
Ie-

Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Numquid ego Iudeus sum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti?

III. Respondit Iesus: regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Iudeis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicas quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam: Dicit ei Pilatus: quid est veritas?

IV. Et cum hoc dixisset: iterum exit ad Iudeos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam, & cum accusaretur a principibus Sacerdotum, & senioribus, nihil respondit. Tunc rursum Pilatus interrogavit eum dicens. Non respondes quicquam? vide in quantis te accusent, non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Iesus autem amplius nihil respondit ei ad ullum verbum, ita ut Pilatus praefes miraretur vehementer.

deca deca

M E D I T. L.

*Ex Luca 43. num. 4. ad 16.*

I. **A** It autem Pilatus ad Principes Sacerdotum, & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inua-  
lescebant dicentes. Commouit popu-  
lum docens per vniuersam Iudæam, inci-  
piens à Galilæa vsq; huc. Pilatus autem,  
audiens Galilæam interrogavit si homo  
Galilæus esset: & vt cognouit quod de  
Herodis potestate esset, remisit eum ad  
Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat  
illis diebus.

II. Herodes autem viso Iesu gauisus  
est valde, erat enim cupiens ex multo  
tempore videre eum, eo quod audierat  
multa de eo, & sperabat signum aliquod  
videre ab eo fieri. Interrogabat autem  
eum multis sermonibus: at ipse nihil illi  
respondebat.

III. Stabant autem principes Sacer-  
dotum, & Scribæ constanter accusantes  
eum: Spreuit autem illum Herodes cum  
exercitu suo, & illufit indutum ueste al-  
ba, & remisit ad Pilatum: & facti sunt  
amici Herodes, & Pilatus in ipsa die,  
nam antea inimici erant adinuicem.

IV. Pilatus autem conuocatis princi-  
pibus Sacerdotum, & Magistratibus, &  
gle-

plebe dixit ad illos: Obtulisti mihi hunc hominem , quasi auerterentem populum; Et ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inueni in homine isto: ex his , in quibus eum accusatis : sed neque Herodes , nam remisivos ad illum , & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam .

---

## MEDIT. LI.

*Ex Matt. 27. nū. 15. ad 26. Marci  
15. n. 5. ad 15. Luc. 23. n. 17.  
ad 25. Ioann. 18. nū.  
39. & 40.*

**I.** Per diem autem festum solemnum consueuerat , & necesse habebat dimittere eis unum vincitum , quemcunq; voluissent , seu petiissent . Habebat autem unum vincitum insignem , qui dicebatur Barabbas : erat autem Barabbas latro , qui cum seditionis erat vinclitus , qui in seditione fecerat homicidium , seu ut Lucas . Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate , & homicidium missus in carcerem . Congregatis ergo illis , cuin ascendisset turba coepit rogare , sicut semper faciebat illis . Pilatus autem respondit , & dixit : Est con-

sue.

suetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha: Vultis ergo ut dimittam vobis Regem Iudeorum? *seu* quem vultis dimittam vobis, Barabbam an Iesum, qui dicitur Christus? sciebat enim, quod per inuidiam tradidissent eum Summi Sacerdotes.

II. Sedente autem eo pro tribunali, misit ad eum uxori eius dicens: Nihil tibi, & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum: Pontifices autem, & principes Sacerdotum, & seniores concitauerunt turbam, & persuaserunt populis, ut peterent, ut magis Barabbam dimitterit eis, Iesum vero perderent.

III. Respondens autem Praeses ait illis, quem vultis vobis de duobus dimitti? exclamauit autem simul vniuersa turba dicens. Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam. Pilatus autem iterum loquitus est ad eos, volens dimittere Iesum, & respondens ait illis: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus, *seu*: quid ergo vultis faciam Regi Iudeorum? At illi succlamabant, & iterum clamauerunt, Crucifige crucifige eum, crucifigatur: Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. At illi magis clamabant, & instabant vocibus magnis postulantes ut crucifigeretur, & inualescabant voces eorum dicentes. Crucifiga-

figatur, Crucifige eum.

IV. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua lauit manus coram populo dicens. Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens vniuersus populus dixit. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Pilatus autem volens populo satisfacere, adiudicauit fieri petitionem eorum, & tunc dimisit illis Barabbam eum, qui propter homicidium, & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum vero flagellatum, seu flagellis cæsum, tradidit voluntati eorum, ut crucifigeretur: ideo, ut flagellaretur, & postea crucifigeretur.

### N O T A.

Multa enim passa sum, siue à demoni ve-  
lente impedire passionem Domini, ut aliqui  
Patres putarunt, siue potius ab Angelo bene  
ei conminante, ut alij plures. Flavius Dex-  
cer in Chronicō anno 34 numerato ab Incar-  
nacione, ait uxorem Pilati fuisse Claudiam  
Proculam, & de ea fit mentio in Menologio  
Gracorum.



MEDIT. LII.

*Ex Matt. 27. nū. 27. ad 3b. Marci  
15. nū. 16. ad 20. Ioann.  
19. nū. 1. ad 6.*

I. **T**unc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Tunc milites Præsidis suscipientes Iesum, duxerunt eum in atrium Prætorij, & congregaverunt ad eum universam cohortem: semper ad flagellandum, vel spectandam flagellationem.

II. Et exuentres eum, induunt eum purpura, & chlamydem coccineam circumdederunt ei, & milites plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius spineam coronam, & arundinem in dextera eius, & genuflexo ante eum adorabant eum, & cœperunt salutare eum, & illudebant ei dicentes: Ave Rex Iudæorum, & expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius, & dabant ei alapas.

III. Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam: Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum uestimentum, & dicit eis: Ecce Homo.

Cum

IV. Cum ergo vidissent cum Pontifices, & Ministri, clamauerunt dicentes: Crucifige crucifige eum: Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite, ego enim non inuenio in eo causam.

## N O T A E.

Flagellauit: flagellatum fuisse Dominum ad Columnam conuersa facie ad columnam docet Gretserus l. 1 de Cruce c. 8. quam Columnam sub Honorio III. retulit ex Terra Sancta Iohannes Columnam Romanam, & hodieque continetur in Ecclesia S. Praxedis.

Spineam coronam, ex rhamno scilicet, qui frequenter in ea regione oritur, teste Belonio l. 2. observationum c. 88. & ideo dicitur Spina Sancta, vide Gretserum lib. 1. de Cruce c. 12.

## MEDIT. LIII.

Ex Ioannis 19. nu. 7. ad 17. Matt.

27. num. 31. Marci 15.

num. 20.

I. R Esonderunt ei Iudæi. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hos sermones, magis timuit, & ingressus est Praetorium

rium iterum , & dicit ad Iesum : vnde es tu ? Iesus autem responsum non dedit ei.

II. Dicit ergo ei Pilatus : Mihi non loqueris ? nescis quia potestatem habeo crucifigere te , & potestatem habeo dimittere te ? Respondit Iesus : Non habet potestatem aduersum me ullam , nisi tibi datum esset desuper , propterea , qui me tradidit tibi , maius peccatum habet . Exinde quererbat Pilatus dimittere eum .

III. Iudæi autem clamabant dicentes : Si hunc dimittis non es amicus Cæsar is ; omnis qui se Regem facit , contradicit Cæsari . Pilatus autem , cum audisset hos sermones , adduxit foras Iesum , & seddit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos , Hebraicè autem Gabba tha . Erat autem Parasceue Paschæ hora quasi sexta , & dicit Iudæis . Ecce Rex vester . Illi autem clamabant Tolle tolle crucifige eum . Dicit eis Pilatus . Regem vestrum crucifigam ? Responderunt Pontifices : non habemus Regem nisi Cæsarem .

IV. Tunc ergo tradidit eis illum , ut crucifigeretur , & postquam illaserunt , ei exuerunt eum chlamyde , seu purpura , & induerunt eum vestimentis suis , & suscepserunt Iesum , & eduxerunt eum , ut crucifigerent eum .

## N O T A E.

**Propterea.** *Videlicet quia calix permisum est tibi, & Iudeis agere contra me; scio tamen magis Iudeos peccare in abusio potestatis, quam te.*

**Lithostrotos:** Gracè significat locum lapidibus stratum, ad quem ascendebatur multis illis gradibus marmoreis, qui Romam translati, iuxta Lateranensem Basilicam, Scala Sancta nomine à fidelibus celebrantur.

**Parasceue Paschæ,** id est feria sexta antea illud Sabbatum, quod in festa Paschalia incidet; omne enim Sabbatum habebat suam Parasceuem, id est præparationem ciborum, quos non licebat preparare Sabato.

**Hora quasi sexta,** id est tempus proximum meridiei.

---

**MEDIT. LIV.**

**Ex Ioannis 19. nn. 17. Matth. 27.**

**nn. 32. ad 33. Marc. 15. nn.**

**20. ad 21. Luc. 23. nn.**

**26. ad 32.**

I. **E**t baiulans sibi Crucem, exiuit iam eum, qui dicitur Caluarię locum,

**He-**

Hebraicæ Golgotha. Et cum ducerent eum exeuntes, inuenierunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem venientem de villa, patrem Alexandri, & Rufi; hunc apprehenderunt, & angariauerunt, ut tolleret Crucem eius, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum.

II. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum; conversus autem ad illas Iesus dixit: Filiæ Ierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros: Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, quæ non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt.

III. Tunc incipient dicere montibus: cadite super nos, & collibus, operite nos, quia si in viridi hæc fiunt, in arido quid fieri?

IV. Dueebantur autem, & alij duo nequam cum eo, ut crucifigerentur.

### N O T A.

Baiulans sibi Crucem: *ait enim Plutarchus in Opusculo de sera numinis vindicta: Quisque maleficorum, corpore suo suam portat Crucem.* De figura Crucis Dominicæ plura Greserus, & Lipsius; concludit autem Greserus lib. 1. cap. 6. scire certo non posse, de qua ligni specie facta sit Crux Domini.

S

Cal-

## 410 TERTIA PARS

Caluariæ à Caluaria, id est cranio Adamis ibi olim sepulcrum, Golgotha significat Syro-chaldaicè Caput.

Si in viridi hæc fiunt, id est si in me, qui sum lignum viride, & non mereor ignem diuinam indignationis, quid fieri de Iudaico populo, qui ut lignum aridum iam dispositum est ad ignem diuini furoris?

---

## MEDIT. LV.

*Ex Matt. 27. nū. 35. ad 38. Marcij  
15. num. 24. ad 28. Luc. 23.  
num. 32. 33. 38. Ioan.  
18. nū. 18. ad 25.*

I. **E**t postquam venerunt in Golgotha locum, quod est interpretatum Caluariæ locus, dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum, ut *Mattb.* seu *Myrrathum*, ut *Marc.* & eum gustasset, noluit bibere; & ibi cruciferunt eum, & cum eo latrones duos hinc, & hinc, seu unum à dextris, & alterum à sinistris, medium autem Iesum, & impleta est Scriptura quæ dicit: Et cum iniquis deputatus est: Erat autem hora tertia.

II. Scripsit autem, & titulum Pilatus, & posuit super Crucem, seu, & imposuerunt super caput eius: Erat autem titulus causæ eius inscriptus litteris Græcis, &

& Latinis, & Hebraicis: HIC EST IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, ubi crucifixus erat Iesus, & erat scriptum Hebraicè, Grecè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: noli scribere: Rex Iudæorum, sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus: quod scripsi, scripsi.

III. Milites ergo cum crucifixissent eum acceperunt, & diuiserunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicusque militi partem, mittentes sortem super eis quid quis tolleret, & tunicam, erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum: dixerunt ergo ad inuicem non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut impleretur Scriptura, & quod dictum est per Prophetam dicentem: Diuiserunt, seu parti sunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt, & sedentes scrubabant eum.

## N O T A E.

Myrrhatum: siue in poculis myrrhinis afferuarum, & aptum ad confortandos reos, siue potius myrrha amaritudine instar fellis mistum.

Erat autem hora tertia, id est durabat ad.

S 2                    huc

## 412 TERTIA PARS

buc secundum diei trihorium, nam ultima sententia damnacionis Christi fuit secundum Ioannem sub horam sextam, ut Et conuicia lacronum, iuxta Lucam; quia tamen Et illa, Et ipsa crucifixio incidit circa finem hora tercia, non um dato signo hora sexta, recte Marcus dixit, fuisse horam tertiam. Nam ut ostendimus Libro I. Chronologia reformata: dies distribuebatur in horas 12. Et in quatuor triboria, seu partes constantes singillatim ternis horis: Prima incipiebat ab Ortu Solis, Et durabat tres horas, quibus completis dabatur signum Tertia, Et hac pars durabat per alias tres horas usq; ad meridiem, quo facto dabatur signum Sexta, Et hac durabat per alias tres horas usque ad horam Nonam ab oru Solis numeratam, Et tunc dabatur signum Nona, duratura usq; ad occasum Solis: Extrema tamen pars diei, Et initium noctis appellabantur Vespera, quia Hesperus, seu Vesperugo stella lucebat, tam paulo ante, quam paulo post occasum Solis. Et intra hoc rosatum tempus, seu inter duas vespertas comedendus erat Agnus Paschalis. Sic nox diuidebatur in 4 Vigilias. Prima signum in castris, Et absi dabatur in occasu Solis, Et post tres horas dabatur signum secunda vigilia. Et in puncto media noctis dabatur signum tercia vigilia, clapsis autem horis 9. ab occasu Solis dabatur signum quarta vigilia, duratura usque ad ortum Solis, Et sic quater, permutabantur vigiles, seu custodes castrorum.

M E-

MEDIT. LVI.

*Ex Matt. 27. nū. 39. ad 43. Marcū  
15. num. 29. ad 32. Luca  
23. nū. 37. ad 57.*

I. Iesus autem dicebat: Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt.

II. Prætereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo, / *et* tribus diebus reædificas illud, salua temetipsum descendens de Cruce: si filius Dei es descende de Cruce.

III. Similiter, & Principes Sacerdotum, illudentes cum Scribis, & senioribus dicebant ad alterutrum: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, si Christus est, & Rex Israel descendat nunc de Cruce, & credimus ei, *et* videamus, & credamus: Confitit in Deo liberet nunc si vult eum: dixit enim quia Filius Dei sum.

N O T A.

Vah: *interrogatio insultantis.*

## MEDIT. LVII.

*Ex Matth. 27. num. 44. Marci 15.  
num. 32. Luca 23. à nu.*

*39. ad 43.*

I. **I**Dipsum autem, & latrones, qui crucifixi erant cum eo conuiciabantur, & improperabant ei. Vnus autem de his, qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens: si tu es Christus salvum fac temetipsum, & nos.

II. Respondens autem alter, increpabat eum dicens: Neque tu times Deū, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic vero quid mali gessit?

III. Et dicebat ad Iesum. Domine nmento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Hodie tecum eris in Paradyso. Erat autem ferē hora sexta.

Fieri potuit, ut non utorque latronum, sed unicus improperaret Christo, sed dictum sic figurare latronibus, quod de uno verificabatur tribuendo ratiō quod est partis. Vel utorque ab initio improperarit, sed unus statim pānsens alterum corripuerit.

M E.

**MEDIT. LVIII.**

*Ex Ioannis 19. à num. 25. ad 27.  
Matt. 27. nū. 45. ad 49. Marci  
15. n. 33. ad 36. Lnc. 23.  
num. 44. & 45.*

I. Tabat autem iuxta Crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit Matri suæ. Mulier ecce filius tuus: Deinde dicit discipulo, ecce mater tua; & ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

II. Et facta hora sexta tenebræ factæ sunt super universam terram usq; in horam nonam, & obscuratus est Sol.

III. Et hora nona, *nempe proximè instantio, sicut ut Marcus, circa horam nonam,* exclamauit Iesus voce magna dicens: Eli Eli, *sicut ut Marc.* Eloi, Eloi Lamasa-bachtani? quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant: Ecce Eliam vocat iste.

## N O T A E.

*Obscuratus est Sol: non Eclipse natura-  
li, cum esset Plenilunium, Solis autem Eclipse-  
sis non fiat nisi in plenilunio, sed miraculosa,  
de qua plura diximus in Almagesto nostro li-  
bre quinto.*

*Hora nona, cuius initium dabatur tri-  
bus horis ante occasum Solis.*

---

## MEDIT. LIX.

*Ex Matt. 27. nu. 49. ad 50. Marci  
15. num. 36. & 37. Luc. 23.  
num. 46. Ioan. 19. 26.  
28. ad 30.*

I. Postea sciens Iesus, quia omnia iam consummata sunt, ut consummaretur Scriptura dixit: Satio: Vas ergo erat positum aceto plenum: Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius: Quia quod factum est fortasse de consilio mulierum ab uno executor, pluribus tribuit Iohannes, ac ex Matth & Marco: Continuò currens unus ex illis circumstantibus accepit spongiam impleuit aceto. & imposuit arundini, seu circumponens cala-  
mo

mo dabat ei bibere dicens: Sinite videamus si veniat Elias ad deponendum eum: Caseris verò consentientes ei dicebant: sine videamus an veniat Elias liberans eum.

II. Cùm ergo accepisset Iesus acetum dixit consummatum est.

III. Et iterum clamans voce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendabo Spiritum meum: Et hæc dicens inclinato capite emisit, & tradidit Spiritum, sensu expirauit.

### N O T A.

**Aceto hyssopo, &c.** *Acetum enim spongia infusum siffrit sanguinem, siue applicetur vulneribus, siue poretur, & multo magis si hyssopus simul infusa fuerit, aut tunc admixta, ut afferunt Dioscorides l. 5. c. 14 & Plinius l. 23. c. 1. & l. 31. c. 14. porrectum ergo est sic acetum, ne tam citò moreretur, sed seclus factum est, quia modicè gustatum ab exhausto iam viribus Domino, non profuit.*

### MEDIT. LX.

*Ex Matt. 27. na. 51. ad 56. Marci 15. na. 38. ad 41. Luc. 23.  
num. 45. 47. 49.*

I. **E**T ecce velum templi scissum est medium in duo à summo usque  
S S de-

deorsum, & terra mota est, & petræ scis-  
se sunt, & monumenta aperta sunt, &  
multa corpora Sanctorum, quæ dormie-  
rant, surrexerunt, & exeuantes de monu-  
mentis post resurrectionem eius vene-  
runt in Sanctam Ciuitatem, & apparue-  
runt multis.

II. Videns autem Centurio, qui ex ad-  
verso stabat, quia sic clamans expirasset,  
& viso terræ motu, & his quæ fiebant  
glorificauit Deum dicens: Verè hic ho-  
mo iustus erat. Verè hic homo Filius Dei  
erat. Et qui cum eo erant custodientes  
Iesum, & omnis turba eorum, qui simul  
aderant ad spectaculum istum, & vide-  
bant quæ fiebant, timuerunt valde, &  
percutientes pectora sua reuertebantur  
dicentes: Verè Filius Dei erat iste.

III. Stabant autem ibi omnes noti  
eius à longè, & mulieres multæ quæ se-  
cuntræ erant Iesum à Galilæa ministrantes  
ipſi hæc aspiciētes: Inter quas erat Ma-  
ria Magdalene, & Maria Iacobi minoris,  
& Ioseph, & Mater filiorum Zebedæi, &  
Salome.

### N O T A.

*Velut templi, videlicet antonomastice  
sumprum, quod erat ante Sancta Sanctorum,  
caq; separabat à reliquo templo; quod diceba-  
tur Sancta, sed non Sancta Sanctorum, cito  
bas quoq; pars velo alcere minoris dignitatis*

sc-

separaretur ab atrio templi: de veroq; Iosephus lib. 6. antiqu. cap. 6.

Scissum est in signum doloris, & detestacionis sceleris Iudeorum, quorum Pontifex sciderat vestimenta sua calumnians Christum de blasphemia.

Et Monumenta aperta sunt: tunc scilicet quando pietra scissa sunt ob connexionem miraculi, & ut appareret hac fieri ob mortem Christi, esto resurrectio ibi sepulchorum differenda fuerit post resurrectionem Christi.

An autem irentur mortui sint, qui resurrexerant, an invisibiles postea facti expectarent, ut cum Christo ascenderent in Cœlum in certum est: sane probabilius videtur neminem ante Matrem Domini, cum corpore in Cœlum assumptum esse.

### MEDIT. LXI.

*Ex Ioannis 19. num. 31. ad 37.*

I. **I**udæi ergo (quoniā Parasceue erat) ut non remanerent in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, ut frangentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.

**II.** Sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua, & qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius & ille scit quia vera dicit, ut & vos credatis.

**III.** Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. *Zacharia 12.*

### N O T A.

Magnus dies ille Sabbati: omne enim Sabbathum erat festus dies, sed quod incidebat in supremo dies Azymorum, & hebdomadam Paschalem, duplice de causa erat magnum festum.

Vt non remanerent in Cruce corpora Sabbato. Lex enim Deuteronomij 23. inbebatur; Quando peccauerit homo, quod morte plectrum est, & adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permisnebit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur. Quanto magis instantie Sabbatorum celebri?

De Crurifragio vide Lipsium l. 2. de Crucifix. c. 15.

Unus militum: nempe Longinus, de quo in Martyrologio Romano 15. Martij, nempe ut exploraret an vere esset mortuus Christus, nec opus esset Crurifragio.

## MEDIT. LXII.

*Ex Matt. 27. nu. 57 ad 63. Marc.  
15. num. 42 ad 47. Luc. 23.  
nu. 50 ad 56. Ioan 19.  
num. 38 ad 42.*

I. Post hæc autem cum iam serè esset factum (quia erat Parasceue, quod est ante Sabbathum) venit Ioseph diues, & nobis decurio ab Arimathæa Ciuitate Iudææ, vir bonus, & iustus. Hic non consenserat consilio, & actibus eorum; qui & ipse discipulus erat Iesu; occultus autem propter metum Iudæorum, & expectabat, & ipse regnum Dei. Hic audacter introiuit, & accessit ad Pilatum, & rogauit, ut tolleret Corpus Iesu, *sem* petit corpus Iesu.

II. Pilatus autem mirabatur si iam obijisset: & accersito Centurione, interrogavit eum si iam mortuus esset, & cum cognouisset à Centurione permisit, & donauit Corpus Ioseph, & iussit reddi corpus. Ioseph autem mercatus Sindonem venit. Venit autem, & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferebat mixturam myrræ, & aloes quasi libras centum, acceperunt ergo corpus Ies-

Iesu, & depositum ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudeis sepelire.

III. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, quod exciderat Ioseph in petra, in quo nondum quisquam positus fuerat; ibi ergo propter Parasceuen Iudeorum iauoluit Ioseph in Sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quia iuxta erat monumentum, & abiit adiuuantes tamen Nicodemo, & alijs, ideoq; Joannes dicit posuerunt Iesum.

IV. Et dies erat Parasceues, & Sabbathum illucescebat: subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, nemppe Maria Magdalene, & altera Maria, sœm Maria Ioseph, erant ibi sedentes contra sepulchrum, aspicientes vbi poseretur, & viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius: & reuertentes parauerunt aromata, et Sabbato filuerunt secundū mandatū.

### N O T A.

**Monumentum nouum.** Longum pedes 8.  
distans à Caluario pedes 108. & à Monte Sion passus mille, ut refert Adrichomius in descriptione Ieroſolymæ num. 239.

Feria sexta dicebatur Parasceue, quia et die preparabantur illa, quæ necessaria erant pro die Sabbathi, & non licet Sabbatho illa

pa-

parare. Sabbatum verò illucescebat, seu incipiebat sicut, & qualibet dies ab occasu Solis, qui ob crepusculum, & saepe ob stellam Hesperi luce perfusus erat.

---

MEDITAT. LXIII.

Pro Sabbatho Sancto.

Ex Matth. 27. num. 62. ad 66.

I. **A** Ltera autem die, quæ est post Paschœuen, conuenetunt Principes Sacerdotum, & Pharisei ad Pilatum dicentes: Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertium, nè forte veniant Discipuli eius, & furetur eum, & dicant plebi: surrexit à mortuis, & erit nouissimus peior priore.

II. Ait illis Pilatus: Habetis custodiā, ite custodite sicut scitis: illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

N O T A.

Error peior priore: priorem errorem intelligunt non fuisse multo ante addictum morisi; peior em verò futurum, si plebi persuaderetur eum surrexisse, & sic multo plures in ipsum credant.

M E.

**MEDITATIO LXIV.***Pro Dominica Paschalis.*

*Ex Matth. 28. num. 1. ad 4. Marci  
16. num 1. ad 5. Luca 24.  
num. 1. ad 3. Ioan. 20.  
num. 1.*

I. **C**um transisset autem Sabbatum: Maria Magdalene, & Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venientes vngarent Iesum; Vespere autem Sabbati quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre Sepulchrum, & una Sabbati, seu Sabbatum valde manè, seu valde diluculo, cum adhuc tenebræ essent, venerunt ad monumentum portantes quæ parauerant aromata, & dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti, & veniunt, id est perueniunt ad monumentum, orto iam Sole.

II. Et ecce terræmotus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum: erat autem asperitus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix: præ timore autem eius ex-

ter.

territi sunt custodes, & facti sunt velut mortui.

II. Et respicientes, scilicet mulieres, viderunt, & iuenerunt lapidem sublatum, & reuolutum à monumento, erat quippe magis us valde, & introeuntes, seu ingressæ non iuenerunt corpus Domini Iesu, sed viderunt iuuenem sedentem in destra coopertum stola candida, & obscurans puerunt.

### N O T A E.

Vespere Sabbati, quæ lucefecit in prima Sabbati: id est vesperrinum illud tempus, quod Sabbato in occasu Solis desinens succedebat, eratq; initium sequentis dies, nempe feriæ primæ, qua dicebatur prima Sabbati, seu vna Sabbatorum; sicut feria secunda dicebatur secunda Sabbati, & sic deinceps. Lucefecbat autem ob crepusculum lucem.

Ordo rerum fuit hic sub finem feria sexta. Mulieres hanauerunt locum sepulchri Dominici, & aut tunc parauerunt citè aliqua aromata, aut condixerunt, ut transacto Sabbato illa pararent: toto autem Sabbato quieterunt; & transacto statim, aut omnes emerunt omnia, vel reliqua aromata, aut Salome illa eis nomine, & expensis omnium, & interim Magdalena, & altera Maria venerunt ad explorandum, num aliqua mutatio facta esset circa sepulchrum, ne posset in vanum ve-

venirent; tunc autem occaso iam Sole, & le-  
cescere crepusculo vespertino incipiebat more  
Hebraico dies sequens, qua dicebatur Prima  
Sabbati, seu una Sabbarorum, & nunc dici-  
tur feria prima, seu dies Dominica. Cum au-  
tem vidissent clausum sepulchrum, & ideo  
certò putarent non esse inde translato cor-  
pus Domini, revera sunt domum, & quie-  
runt usq; ad diluculum, surgentesq; inde iue-  
runt ad monumentum, quod erat prope Ciui-  
tatem, & illuc peruererunt orto iam Sole, in  
quo Solis oreu resurrexit Dominus, & Angelis  
sepulchrum aperuerunt, &c. Et Dominus ap-  
paruit sanctim Mariisua, licet id Evangelista  
non narrent.

---

## MEDITATIO LXV.

Pro Feria 2. Paschatis.

Ex Matth. 28. num. 5. ad 8. Marc.

16. num 6. &amp; 8. Luca 24.

num. 4. ad 8.

I. **E**T factum est dum mente conser-  
natae essent de illo ecce duo viri  
steterunt secùs illas in ueste fulgēti, cum  
timarent autem, & declinarent vultum  
in terram, dixerunt ad illas, nempe ille qui  
prius federas in dexteris de quo Matth. & alij.  
Euang. sic. Respondens autem Angelus  
di-

dixit mulieribus: Nolite expauescere vos, scio enim quod Iesum Nazarenum, qui crucifixus est, queritis. Quid queritis viuentem cum mortuis? Non est hic, surrexit enim sicut dixit; venite, & videte locum, ubi positus erat Dominus: ecce locus ubi posuerunt eum.

II. Recordamini qualiter loquutus est vobis cum adhuc in Galilæa esset dicens, quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifici, & die tertia resurgere, & recordatz sunt verborum eius.

III. Sed ite citò, dicite Discipulis eius, & Petro, quia surrexit, & ecce præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis, sicut dixi vobis; ecce prædixi vobis.

IV. At ille exierunt citò, & fugerunt de monumento, cum timore, & gaudio magno currentes nunciare Discipulis eius, inuaserat enim eas tremor, & pavor, & nemini quidquam dixerunt timebant enim.

### N O T A.

Ordo herum. & sequentium fuit hic: Maria Magdalene non expectato Angelorum responsu, dum rei que mulieres iussu Angelorum ibant ad alios discipulos longiore via, & dispersos; cito cucurrit ad Petrum, & Ioannem, & cum his regressa est ad sepulchrum illis autem descendentibus vidit iterum duos

An.

THE BOSTONIAN  
OR THE AMERICAN MUSEUM  
CONTAINING AN ALPHABETICAL  
LIST OF THE LITERARY,  
SCIENTIFIC,  
ARTISTIC,  
HISTORICAL,  
POLITICAL,  
AND  
MUSICAL  
PROGRESS  
OF THE UNITED STATES.  
FOR THE PAST TWELVE MONTHS.  
WITH A HISTORY OF THE  
AMERICAN REVOLUTION,  
BY  
JOHN TRUMBULL,  
LAWYER,  
AND  
HISTORIAN.

THE BOSTON LIBRARY RECEIVED  
THE BOSTON LIBRARY RECEIVED

procumbens , vidit linteamina sola posita, & sudarium , quod fuerat super caput eius , sed separatim inuolutum in vnum locum .

III. Tunc ergo introiuit, & ille Discipulus, qui venerat primus ad monumentum , & vidit , & credidit , nondum enim sciebant Scripturam , quia oportebat eum à mortuis resurgere . Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos ; *en* ut Lucas de Petro , & abiit secum mirans , quod factum fuerat .

### MEDITATIO LXVII.

*Pro 4. Feria Paschatis.*

*Ex Marci 16. num. 9. Ioann. 20.  
num. 11. ad 17.*

I. **M**aria autem stabat ad monumentum foris plorans . Dum ergo fleret inclinauit se , & prospexit in monumentum , & vidi duos Angelos in albis sedentes , vnum ad caput , & vnum ad pedes ubi positum fuerat corpus Iesu : dicunt ei illi : Mulier quid ploras ? Dicit eis : quia tulerunt Dominum meum , & nescio ubi posuerunt eum : ( Surgens autem Iesus manè prima Sabbati , apparuit Imo Mariæ Magdalenæ , de qua eleceptem dæmones . )

Hæc

II. Sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua, & qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius & ille scit quia vera dicit, ut & vos credatis.

III. Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Zacharia 12.

## N O T A.

Magnus dies ille Sabbati: omne enim Sabbathum erat festus dies, sed quod incidebat in sepius dies Azymorum, & hebdomadam Paschalem, duplice de causa erat magnum festum.

Vt non remanerent in Cruce corpora Sabbato. Lex enim Deuteronomij 23. inbebatur; Quando peccauerit homo, quod morte plectrum est, & adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permisit cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur. Quanto magis instantie Sabbatorum celebri?

De Crucifragio vide Lipsium l. 2. de Cruce c. 15.

Unus militum: nempe Longinus, de quo in Martyrologio Romano 15. Martij, nempe ut exploraret an vere esset mortuus Christus, nec opus esset Crucifragio.

## MEDIT. LXII.

*Ex Matt. 27. nu. 57 ad 63. Marc. 15. num. 42 ad 47. Luc. 23.  
nu. 50. ad 56. Ioan 19.  
num. 38. ad 42.*

I. Post hæc autem cum iam serò esset factum (quia erat Parasceue, quod est ante Sabbathum) venit Ioseph diues, & nobis decurio ab Arimathæa Ciuitate Iudææ, vir bonus, & iustus. Hic non consenserat consilio, & actibus eorum; qui & ipse discipulus erat Iesu; occultus autem propter metum Iudæorum, & expectabat, & ipse regnum Dei. Hic audacter introiuit, & accessit ad Pilatum, & rogauit, ut tolleret Corpus Iesu, *sem* petit corpus Iesu.

II. Pilatus autem mirabatur si iam obijset: & accersito Centurione, interrogavit eum si iam mortuus esset, & cum cognouisset à Centurione permisit, & donauit Corpus Ioseph, & iussit reddi corpus. Ioseph autem mercatus Sindonem venit. Venit autem, & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferebat mixturam myrræ, & aloes quasi libras centum, acceperunt ergo corpus Ies-



17.  
18.  
19.

5.

Pa-  
ci-  
um  
juia  
Post  
diri-  
tor-  
um,  
, &

Sto-  
rem  
pano

z in-  
por-  
dear-  
z sp-

E.

## MEDIT. LVII.

*Ex Matth. 27. num. 44. Marci 15.  
num. 32. Luca 23. à nu.  
39. ad 43.*

I. **I**Dipsum autem, & latrones, qui crucifixi erant cum eo conticiabantur, & improperabant ei. Vnus autem de his, qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens: si tu es Christus saluum fac temetipsum, & nos.

II. Respondens autem alter, increpabat eum dicens: Neque tu times Deū, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: hic verò quid mali gessit?

III. Et dicebat ad Iesum. Domine nmento mei, cùm veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Hodie tecum eris in Paradiſo. Erat autem ferè hora sexta.

*Fieri potuit, ut non uterque latronum, sed unicus improperaret Christo, sed dictum sic figuratè latronibus, quoè de uno verificabatur tribuendo rorè quod est parris. Vel uterque ab initio improperarit, sed unus statim pānsens alterum corripuerit.*

**MEDIT. LVIII.**

*Ex Ioannis 19. à num. 25. ad 27.  
Matt. 27. nū. 45. ad 49. Marci  
15. n. 33. ad 36. Luc. 23.  
num. 44. & 45.*

**I.** Tabat autem iuxta Crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit Matri suæ. Mulier ecce filius tuus: Deinde dicit discipulo, ecce mater tua; & ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

**II.** Et facta hora sexta tenebræ factæ sunt super universam terram vñq; in horam nonam, & obscuratus est Sol.

**III.** Et hora nona, *nempe proximè issante, seu ut Marcus, circa horam nonam,* exclamauit Iesus voce magna dicens: Eli Eli, *seu ut Marc. Elio, Elio Lamasabachtani?* quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant: Ecce Eliam vocat iste.

## N O T A E.

*Obscuratus est Sol: non Eclipse naturali, cum esset Planilunium, Solis autem Eclipse non fiat nisi in plenilunio, sed miraculosa, de qua plura diximus in Almagesto nostro libro quinto.*

*Hora nona, cuius initium dabatur tribus horis ante occasum Solis.*

---

## MEDIT. LIX.

*Ex Matt. 27. nu. 49. ad 50. Marci 15. num. 36. & 37. Luc. 23.  
num. 46. Ioan. 19. nu.  
28. ad 30.*

I. **P**ropterè sciens Iesus, quia omnia iam consummata sunt, ut consummaretur Scriptura dixit: Sitio: Vas ergo erat positum aceto plenum: Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius: *Quia quod factum est fortasse de consilio mulorum ab uno executor, pluribus tribuit Ioannes, ac ex Matth & Marco: Continuò currens unus ex illis circumstantibus acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, seu circumponens calamo*

mo dabat ei bibere dicens: Sinite videamus si veniat Elias ad deponendum eum: *Ceteri verò consentientes ei dicebant: sine videamus an veniat Elias liberans eum.*

**II.** Cùm ergo accepisset Iesus acetum dixit consummatum est.

**III.** Et iterum clamans voce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendabo Spiritum meum: Et hæc dicens inclinato capite emisit, & tradidit Spiritum, seu expirauit.

### N O T A.

**Aceto hyssopo, &c.** *Acetum enim spongia infusum sisit sanguinem, siue applicetur vulneribus, siue poretur, & multo magis si hyssopus simul infusa fuerit, aut tunc admixta, ut afferunt Dioscorides l. 5. c. 14 & Plinius l. 23. c. 1. & l. 31. c. 14. porrectum ergo est sic acerum, ne tam citò moreretur, sed seclus factum est, quia medicè gustatum ab exhausto iam viribus Domino, non profuit.*

### MEDIT. LX.

**Ex Matt. 27. na. 51. ad 56. Marci 15. na. 38. ad 41. Luc. 23.  
num. 45. 47. 49.**

**I.** Ecce velum templi scissum est medium in duo à summo usque  
S 5 de-

deorsum, & terra mota est, & petræ scis-  
se sunt, & monumenta aperta sunt, &  
multa corpora Sanctorum, quæ dormie-  
rant, surrexerunt, & exeuntes de monu-  
mentis post resurrectionem eius vene-  
runt in Sanctam Ciuitatem, & apparue-  
runt multis.

II. Videns autem Centurio, qui ex ad-  
verso stabat, quia sic clamans expirasset,  
& viso terræ motu, & his quæ siebant  
glorificauit Deum dicens: Verè hic ho-  
mo iustus erat. Verè hic homo Filius Dei  
erat. Et qui cum eo erant custodientes  
Iesum, & omnis turba eorum, qui simul  
aderant ad spectaculum istum, & vide-  
bant quæ siebant, timuerunt valde, &  
percutientes pectora sua reuertebantur  
dicentes: Verè Filius Dei erat iste.

III. Stabant autem ibi omnes noti  
cius à longè, & mulieres multæ quæ se-  
cutæ erant Iesum à Galilæa ministrantes  
ipsi hæc aspicientes: Inter quas erat Ma-  
ria Magdalene, & Maria Iacobi minoris,  
& Joseph, & Mater filiorum Zebedæi, &  
Salome.

### N O T A E.

*Velum templi, videlicet antonomasticè  
sumptum, quod erat ante Sancta Sanctorum,  
eag; separabat à reliquo templo; quod diceba-  
tur Sancta, sed non Sancta Sanctorum, ebo  
bac quoq; pars velo altero minoris dignitatis  
se.*

separaretur ab aere templi: de utroq; Iesu &  
phus lib. 6. antiqu. cap. 6.

Scissum est in signum doloris, & detestacionis sceleris Iudaorum, quorum Pontifex sciderat vestimenta sua calumnians Christum de blasphemia.

Et Monumenta aperta sunt: sive scilicet quando pietra scissa sunt ob connexionem miraculi, & ut appareret haec fieri ob mortem Christi, esto resurreccio ibi sepulchorum differenda fuerit post resurrectionem Christi.

An autem iterum mortui sint, qui resurrexerant, an invisibiles postea facti expectarint, ut cum Christo ascenderent in Cælum in certum est: sanè probabilius videsur neminem ante Matrem Domini, cum corpore in Cælum assumptum esse.

## MEDIT. LXI.

*Ex Ioannis I g. num. 31. ad 37.*

I. **I**udæi ergo (quoniā Parasceue erat)

I vi non remanerent in cruce corpora Sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura.

S 6

Sed

II. Sed unus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua, & qui vidit testimonium perhibuit, & verum est testimonium eius & ille scit quia vera dicit, ut & vos credatis.

III. Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Zacharia 12.

## N O T A E.

Magnus dies ille Sabbati: omne enim Sabbathum erat festus dies, sed quod incidebat in suprem dies Azymorum, & hebdomadam Paschalem, duplice de causa erat magnum festum.

Vt non remanerent in Cruce corpora Sabbato. Lex enim Deuteronomij 23. prohibebat; Quanjo peccauerit homo, quod morte plectrum est, & adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permittet cadaver eius in ligno, sed in eadem die sepelietur. Quanjo magis in flante Sabbathotam celebri?

De Crurifragio vide Lipsium l. 2. de Crucifix. c. 15.

Unus militum: nempe Longinus, de quo in Martyrologio Romano 15. Martij, nempe ut exploraret an vere esset mortuus Christus, nec opus esset Crurifragio.

---

*MEDIT. LXII.*

*Ex Matt. 27. nu. 57 ad 63. Marc.  
15. num. 42. ad 47. Luc. 23.  
nu. 50. ad 56. Ioan 19.  
num. 38. ad 42.*

I. Post hæc autem cum iam serò esset factum (quia erat Parasceue, quod est ante Sabbatum) venit Ioseph diues, & nobis decurio ab Arimathæa Civitate Iudææ, vir bonus, & iustus. Hic non consenserat consilio, & actibus eorum; qui & ipse discipulus erat Iesu; occultus autem propter metum Iudæorum, & expectabat, & ipse regnum Dei. Hic audacter introiuit, & accessit ad Pilatum, & rogauit, ut tolleret Corpus Iesu, *sem* petit corpus Iesu.

II. Pilatus autem mirabatur si iam obijset: & accersito Centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset, & cum cognouisset à Centurione permisit, & donauit Corpus Ioseph, & iussit reddi corpus. Ioseph autem mercatus Sindonem venit. Venit autem, & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferebat mixturam myrræ, & aloes quasi libras centum, acceperunt ergo corpus

Ic-

Iesu, & depositum ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudeis sepelire.

III. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, quod exciderat Ioseph in petra, in quo nondum quisquam positus fuerat; ibi ergo propter Parasceuen Iudeorum inuoluit Ioseph in Sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quia iuxta erat monumentum, & abiit adiuuante tamen Nicodemo, & alijs, ideoq; Iohannes dicit posuerunt Iesum.

IV. Et dies erat Parasceues, & Sabbathum illucessebat: subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, nempe Maria Magdalene, & altera Maria, fœm Maria Ioseph, erant ibi sedentes contra sepulchrum, aspicientes vbi poneretur, & viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius: & reuerentes parauerunt aromata, et Sabbato filuerunt secundū mandatū.

### N O T A.

*Monumentum nouum. Longum pedes 8.  
distans à Calvario pedes 108. & à Monte  
Sion passus mille, ut refert Adrichomius in  
descripione Ierosolymæ num. 239.*

Feria sexta dicebatur Parasceue, quia eo die preparabantur illa, quæ necessaria erant pro die Sabbathi, & non licent Sabbatho illa

pam

parare. Sabbatum verò illucescebat, seu incipiebat sicut, & qualibet dies ab occasu Solis, qui ob crepusculum, & saepe ob stellam Hesperi luce perfusus erat.

---

## MEDITAT. LXIII.

Pro Sabbatho Sancto.

Ex Matth. 27. num. 62. ad 66.

I. **A**ltera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenerunt Principes Sacerdotum, & Pharisei ad Pilatum dicentes: Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertium, ne forte veniant Discipuli eius, & furetur eum, & dicant plebi: surrexit à mortuis, & erit nouissimus peior priore.

II. Ait illis Pilatus: Habetis custodiā, ite custodite sicut scitis: illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

## N O T A.

Error peior priore: priorem errorēm intelligunt non fuisse multo ante addictum missi; peiorēm verè futurū, si plebi persuaderent eum surrexisse, & sic multo plures in ipsum credant.

M E.

---

**MEDITATIO LXIV.***Pro Dominica Paschatis.*

*Ex Matth. 28. num. 1. ad 4. Marci  
16. num 1. ad 5. Luca 24.  
num. 1. ad 3. Ioan. 20.*

*num. 1.*

I. **C**um transisset autem Sabbatum: Maria Magdalene, & Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes vngarent Iesum; Vespere autem Sabbati quæ lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre Sepulchrum, & una Sabbati, seu Sabbatum valde manè, seu valde diluculo, cum adhuc tenebræ essent, venerunt ad monumentum portantes quæ parauerant aromata, & dicebant ad iuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti, & veniunt, id est peruenient ad monumentum, orto iam Sole.

II. Et ecce terræmotus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum: erat autem asperatus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix: præ timore autem eius ex-

ter.

territi sunt custodes, & facti sunt velut mortui.

II. Et respicientes, scilicet mulieres, viderunt, & inuenierunt lapidem sublatum, & reuolutum à monumento, erat quippe magis us valde, & introeuntes, seu ingressæ non inuenierunt corpus Domini Iesu, sed viderint iuuenem sedentem in deum tris coopertum stola candida, & obscuru- puerunt.

### N O T A E.

Vespere Sabbati, quæ lucefecit in prima Sabbati: id est vesperrinum illud tempus, quod Sabbato in occasu Solis desinens succedebat, eratq; initium sequentis diei, nempe feriæ primæ, qua dicebatur prima Sabbati, seu vna Sabbatorum; sicut feria secunda dicebatur secunda Sabbati, & sic deinceps. Lucefecbat autem ob crepusculum lucem.

Ordo rerum fuit hic sub finem feria sexta. Mulieres hanc auerunt locum sepulchri Dominici, & aut tunc parauerunt citè aliquæ aromata, aut condixerunt, ut transacto Sabato illa pararent: rato autem Sabbato quietuerunt; & transacto statim, aut omnes emerunt omnia, vel reliqua aromata, aut Salome illa nomine, & expensis omnium, & interim Magdalena, & altera Maria venerunt ad explorandum, num aliqua mutatio facta esset circa sepulchrum, ne possea in vanum

ve-

venirent; tunc autem occaso iam Sole, & le-  
censore crepusculo vespertino incipiebat more  
Hebraico dies sequens, qua dicebatur Prima  
Sabbatis, seu una Sabbarorum, & nunc dici-  
tur feria prima, seu dies Dominica. Cum an-  
tem vidisse clausum sepulchrum, & ideo  
certò putare non esse inde translatum cor-  
pus Domini, remissa sunt domum, & quie-  
runt usq; ad diluculum, surgentesq; inde iue-  
runt ad monumentum, quod erat prope Cis-  
tatem, & illuc peruererunt ortu iam Sole, in  
quo Solis ortu resurrexit Dominus, & Angeli  
sepulchrum aperuerunt, &c. Et Dominus ap-  
paruit statim Matrisua, licet id Euangelista  
non parrent.

---

## MEDITATIO LXV.

Pro Feria 2. Paschatis.

Ex Matth. 28. num. 5. ad 8. Marc.

16. num 6. &amp; 8 Luca 24.

num. 4. ad 8.

I. **E**t factum est dum mente conser-  
natae essent de illo ecce duo viri  
sternerunt secùs illas in ueste fulgēti, cum  
timarent autem, & declinarent vultum  
in terram, dixerunt ad illas, nempe ille qui  
prius sedebat in dexteris de quo Matth. & alij.  
Euang. sic. Respondens autem Angelus  
di-

dixit mulieribus: Nolite expauescere vos, scio enim quod Iesum Nazarenum, qui crucifixus est, queritis. Quid queritis viuentem cum mortuis? Non est hic, surrexit enim sicut dixit; venite, & videte locum, ubi positus erat Dominus: ecce locus ubi posuerunt eum.

II. Recordamini qualiter loquutus est vobis cum adhuc in Galilæa esset dicens, quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifici, & die tertia resurgere, & recordata sunt verborum eius.

III. Sed ite citè, dicite Discipulis eius, & Petro, quia surrexit, & ecce præcedit vos in Galilæam, ibi eum videbitis, sicut dixi vobis; ecce prædixi vobis.

IV. At ille exierunt citè, & fugerunt de monumento, cum timore, & gaudio magno currentes nunciare Discipulis eius, inuaserat enim eas tremor, & pavor, & nemini quidquam dixerunt timebant enim.

### N O T A.

*Ordo horum. & sequentium fuit hic: Maria Magdalene non expectato Angelorum responsu, dum reliqua mulieres susse Angelorum ibant ad alios discipulos longiore via, & dispersos; cœrissimè cucurrit ad Petrum, & Iohannem, & cum his regressa est ad sepulchrum illis autem descendebibus vidit iterum duos*

*An.*

4:8 TERTIA PARS

Angelos, & mox Iesum, qui primò illi appa-  
ruit. Deinde reliquis mulieribus in via ap-  
paruit Dominus quibus nunciantibus, & di-  
scipulis non credentibus superuenit Maria  
Magdalene, & narravit, quae videras, & au-  
dierat, & interea custodes narrauerunt in ci-  
uitate qua facta fuerant. Nam si Magdale-  
na prius ab Angelis audisset Dominum resur-  
rexisse, non dixisset postea. Tulerunt Domi-  
num, &c.

---

MEDITATIO LXVI.

Pro 3. Feria Paschatis.

Ex Ioann. 20. num. 2. ad I o. Luce  
24. num. 12.

I. C Vcurrit ergo Maria Magdalena, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium Discipulum, quem amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt Domini monumento, & nescimus ubi posuerunt eum: exiit ergo Petrus, & ille alias Discipulus, & venerunt ad monumentum, currebant autem duo simul, & ille alias Discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum, & cum se inclinasset, vidi posita linteamina: non tamen introiuit.

II. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & pro-

procumbens , vidit linteamina sola posita, & sudarium , quod fuerat super caput eius , sed separatim inuolutum in vnum locum .

III. Tunc ergo introiuit, & ille Discipulus, qui venerat primus ad monumētum, & vidit , & credidit , nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos ; *seu ut Lucas de Petre,* & abiit secum mirans , quod factum fuerat .

---

### MEDITATIO LXVII.

*Pro 4. Feria Paschatis.*

*Ex Marci 16. num. 9. Ioann. 20.  
num. 11. ad 17.*

I. **M**aria autem stabat ad monumētum foris plorans . Dum ergo fleret inclinavit se , & prospexit in monumentum , & vidit duos Angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes vbi positum fuerat corpus Iesu : dicunt ei illi : Mulier quid ploras ? Dicit eis : quia tulerunt Dominum meum , & nescio vbi posuerunt eum : ( Surgens autem Iesus manè prima Sabbati , apparuit primo Mariæ Magdalenæ , de qua eiecerat septem dæmones . )

Hæc

## 430 TERTIA PARS

II. Hæc cum dixisset conuersa est retrorsum, & vidi Iesum stantem, & non sciebat, quia Iesus est: Dicit ei Iesus, mulier quid ploras? quem queris? Illa existimans quia hortolanus esset dicit ei: Domine si tu sustulisti eum, dicio mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollam.

III. Dicit ei Iesus: Maria? conuersa illa dicit ei Rabboni (quod dicitur Magister) dicit ei Iesus: noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum; vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.

## N O T A.

Nondum enim ascendi, &c. habebis enim tempus meos pedes commodius tangendi, interim vade, &c.

---

## MEDITATIO LXVIII.

Pro Feria s. Paschatis.

Ex Matth. 28. nu. 9. ad 15. Marci

16. num 10 & 11. Luc. 24.

nu. 9. ad 11 Ioann.

20. num. 18.

I. Ecce Iesus occurrit illis, id est reliquis mulieribus, dicens Auete.

II-

Illæ autem accesserunt , & tenuerunt pedes eius , & adorauerunt eum . Tunc ait illis Iesus : Nolite timere , ite nunciare fratribus meis , ut eant in Galilæam ibi me videbunt .

II. Et regressæ à monumento nuncierunt hæc omnia illis vndecim , & cœteris omnibus ; Erat autem Maria Magdalene , & Ioanna , & Maria Iacobi , & cœteræ quæ cum eis erant , quæ dicebant ad Apostolos hæc : Nam vadens Maria Magdalene venit annuncians Discipulis his , qui cum eo fuerant lugentibus , & flentibus , quia vidi Dominum , & hæc dixit mihi : At illi audientes , quia viueret , & visus esset ab ea non crediderunt , & visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista , & non crediderunt illis . Esto enim Petrus , & Ioannes sam credidissent eum surrexisse , ceteri tamen nondum erodebant . & multo minus , cum apparuisse prius mulieribus , quam Apostolos .

III. Quæ cum abiissent , scilicet mulieres à monumento : Ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem , & nunciaverunt Principibus Sacerdotum omnia quæ facta fuerant , & congregati cum Senioribus , acceptam pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes : Dicite quia Discipuli eius nocte venerunt , & fūrati sunt eum nobis dormientibus , & si hoc auditum fuerit à Præside , nos suæ debimus ei , & securos vos faciemus .

At

At illi accepta pecunia , fecerunt sicut erant edicti : & diuulgatum est verbum istud apud Iudeos usque in hodiernum diem .

---

## MEDITATIO LXIX.

*Pro Feria 6. Paschatis.*


*Ex Marci 16. num. 12. Luca 24.  
à num. 13. ad 27.*

I. **P**otest hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie euntibus in villam , *seu ut Luc.* Et ecce duo ex illis ibant in Castellum , quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem nomine Emmaus . Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus , quæ viderant . Et factum est dum fabularentur , & secum quærerent , & ipse Iesus appropinquans , ibat cum illis . Oculi autem eorum tenebantur , ne cum agnoscerent , & ait ad illos , qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes , & estis tristes ? & respondeas unus , cui nomen Cleophas , dixit ei : Tu solus peregrinus es in Ierusalem , et non cognovisti quæ facta sunt in illis his diebus ? Quibus ille dixit Quæ ?

Et

II. Et dixerunt de Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potens in opere, et sermone coram Deo, et omni populo, et quomodo eum tradiderunt Summi Sacerdotes, et Principes nostri in damnationem mortis, et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt, sed et mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, et non inuenti corpore eius, venerunt dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, et ita inuenierunt; sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non inuenierunt.

III. Et ipse dixit ad eos: O stulti, et tardi corde ad credendum in omnibus, quæ loquuntur sunt Prophetæ: Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moysè, et omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.



¶ 13. 37. 1. 1. 1.

**MEDIT. LXX.***Pro Sabbatho 1. post Pascha.**Ex Luca 24. num. 28. ad 35.*

I. **E**t appropinquauerunt Castello,  
quo ibant: & ipse se fixit longius  
ire, & coegerunt illum dicentes: mane  
nobiscum Domine, quoniam aduersa-  
scit, & inclinata est iam dies, & intrauit  
cum illis.

II. Et factum est dum recumberet cū  
eis, accepit panem, & benedixit, ac fre-  
git, & porrigebat illis. Et aperti sunt  
oculi eorum, & cognouerunt eum: &  
ipse euauit ex oculis eorum, & dixe-  
runt ad iuicem: Nonne cor nostrum  
ardens erat in nobis, dum loqueretur ia-  
via, & aperiret nobis Scripturas?

III. Et surgentes eadem hora regressi  
sunt in Ierusalem, & inuenierunt congre-  
gatos vndeциm, & eos qui cum illis erāt,  
dicentes: Quod surrexit Dominus verē,  
& apparuit Simoni: & ipsi narrabant,  
quæ gesta erant in via, & quomodo co-  
gnouerunt eum in fractione panis.



## MEDITATIO LXXI.

Pro Dominica in Albis.

Ex Luce 24. nro. 36. ad 47. & Ioan.  
20. num. 19. ad 23.

I. **D**um autem hæc loquuntur, cum scò esset die illo, vna sabbato-rum, & fores essent clausæ ubi erant Di-scipuli congregati propter metum Iu-dæorum, venit Iesus, & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis, ego sum, nolite timere. Conturbati verò, & con-territi existimabant se spiritum videre.

II. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes meos, quia ipse sum: Palpate, & videte, quia piri-tus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere; Et cum hoc dixisset, osten-sit eis manus, & latus. Gauhi sunt ergo Discipuli viso Domino.

III. Adhuc autem illis non credenti-bus, & mirantibus præ gaudio dixit: Ha-betis hic aliquid quod manducetur? at illi obtulerunt ei partem piscis affi, & fauum mellis, & cum manducasset co-ram eis, superas reliquias dedit eis: Dixit ergo eis iterum Pax vobis.

IV. Et dixit ad eos. Hæc sunt verba,

T 2

quæ

quæ loquutus sum ad vos , cùm adhuc essem vobiscum , quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi , & Prophetis , & Psalmis de me . Tunc aperuit illis sensum , ut intelligerent Scripturas , & dixit eis ; quoniam sic scriptum est , & sic oportebat Christum pati , & resurgere à mortuis tertia die , & prædicari in nomine eius poenitentiam , & remissionem peccatorum in omnes gentes , incipientibus ab Ierosolyma . Sicut misit me Pater , & ego mitto vos : Hoc cum dixisset , insufflavit , & dixit eis : Accipite Spiritum Sanctum , quorum remiseritis peccata , remittentur eis , & quorum retinueritis , retenta sunt .

## N O T A.

Vna Sabbatorum , idest prima Sabbatum , erat enim adhuc feria prima , quam nobis est Dominica .

## MEDIT. LXXII.

*Ex Ioannis 20. num. 24. ad 31.*

I. **T**Homas autem unus ex duodecim , qui dicitur Didymus , non erat cum eis , quando venit Iesus ; dixerunt ergo ei alii Discipuli . Vidiimus Domum : ille autem dixit eis . Nisi videre in

in manibus eius fixuram clauorum , & mittam digitum meum in loca clauorū, & mittam manum meam in latus eius, non credam .

II. Et post dies octo iterum erant Di-  
scipuli eius intus , & Thomas cum eis . Venit Iesus ianuis clausis , & stetit in me-  
dio eorum , & dixit : Pax vobis : Deinde  
dicit Thomæ ; infer digitum tuum huc ,  
& vide manus meas , & afer manū tuam ,  
& mitte in latus meum , & noli esse incre-  
dulus , sed fidelis .

III. Respondit Thomas , & dixit ei : Dominus meus , & Deus meus : Dicite ei Iesus . Quia vidisti me Thoma , credidi-  
sti . Beati qui non viderunt , & credide-  
sunt .

IV. Multa quidem , & alia signa fecit Iesus in cōspectu Discipulorum suorum , quæ non sunt scripta in libro hoc . Hæc autem scripta sunt , ut credatis , quia Ies-  
sus est Christus Filius Dei ; & ut creden-  
tes vitam habeatis in nomine eius .

### M E D I T . L X X I I I .

*Ex Ioannis 21. num. 1. ad 14.*

I. P ostea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tiberiadis : manifestauit autem sic . Erant simul Simon Petrus , & Thomas qui dicitur Didymus , & Natha-  
nael ,

nael, qui erat à Cana Galileæ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari; dicunt ei: venimus, & nos tecum, & exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prenderunt. Mane autem iam facto, stetit Iesus in littore, non tamen cognoverunt Discipuli, quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus; pueri numquid pulmentarium habetis? responderunt eis: non, dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis: Misserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.

II. Dicit ergo Discipulus ille, quem diligebat Iesus Petro; Dominus est: Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem Discipuli nauigio venerunt (non enim longè erant à terra sed quasi cubitis ducētis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.

III. Dicit eis Iesus: afferte de piscibus, quos prenderistis nunc: ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magis piscibus centum quinquaginta tribus, & cum tanti essent, non est scissum rete.

IV. Dicit eis Iesus venite prandete, & nemo audebat discubentium interrogare eum: Tu quis es? Scientes quia

De-

Dominus est : & venit Iesus , & accepit panem , & dat eis , & piscem similiter . Hoc iam tertio manifestatus est Iesus Discipulis suis cum resurrexisset à mortuis .

## N O T A E.

Pulmentarium , id est obsonium ex pescibus , quia teste Plinarche l. 4. Symposiacione c. 4. Piscis vel solus , vel praecipue obsonium dicitur , & à piscatoribus nihil congruentius requiri poserat .

Centum quinquaginta tribus . S. Hieronymus in Exod. c. 49. ex scriptoribus de pescibus , colligit esse species piscium 153. ita ut Petrus de singulis speciebus unum pescatus sit ; sed cum omnes fuerint magni pisces , & inter marinos pisces sint aliqui parvi , non videtur id certum .

Tertio inquit responsum Apostolorū aliquot , & plurium discipulorum , quibus bis annis ianuis clausis apparuerat ; alioquin apparuerat seorsim Matris sua , & Maria Magdalena , & mulieribus in via , & Simoni , & duobus euntribus in Emmaus : vel respectu dierum , quia eodem die resurrectionis plures apparitiones factæ spectante ad unam manifestacionem , & post dies octo fuit secunda , & hacten in alio die distincta .

## MEDIT. LXXXIV.

Ex Ioannis 21. num. 15. ad 45.

I. **C**um ergo prandissent, dicit Simon Petrus Iesus; Simon Ioannis, son̄ lōnæ diligis me plus his? Dicit ei etiam Domine, tu scis quia amo te, dicit ei pasce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon lōnæ diligis me? ait illi etiam Domine tu scis quia amo te. Dicit ei: pasce agnos meos. Dixit ei tertio Simon lōnæ amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio amas me? & dixit ei: Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te, dicit ei: pasce oves meas.

II. Amen amen dico tibi, cum esses junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas, cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget.. & ducet quod tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum, & cum hoc dixisset dixit ei: sequere me.

III. Conuersus Petrus, vidit illum Discipulum, quem diligebat Iesus sequentem. ( qui & recubuit in coena super petrus ejus, & dixit: Domine quis est qui tradet te. ) Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu: Domine hic autem quid? Dicit ei Iesu: Si cum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Exiit

ergo

ergo sermo inter fratres, quia Discipulus ille non moritur, & non dixit ei Iesus non moritur, sed: si eum volo manere donec veniam quid ad te?

IV. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem, & alia multa, quæ fecit Iesus quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros.

## N O T A.

*In Graeca versione primis duabus vicibus est ἀγαπᾷς με δέξις με? tercia vice est φίλος με αμας με? est autem mendum typographorum rum in aliquibus codicibus ponentrum. Sic eum volo manere, cum Græce sit τί, nonne περί σι, & hoc modo concionatè intelligenda verba Domini ipsius Evangelista affirmat, non autem ab aliis, ut securus perperam interpretarè erant.*

(Ratiocinas Apparitiones Domini Ascensionis ipsius proximas in antenigiliam, & Vigiliam Ascensionis diffundimus, & interim hic inseremus congruè reliquum sermonis Domini Medicatione XL. interrupti, ut ibi in fine diximus, & in Medicationes 26. distribuamus.)

---

*MEDIT. LXXV.**Ex Iohannis 14. num. 1. ad 5.*

I. **E**t ait Discipulis suis: Non turbeatur cor vestrum: Creditis in Deum, & in me credite in domo Patris mei mansiones multæ sunt.

II. Si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum, & si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio, et accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis.

III. Et quod ego vado scitis, et viam scitis: Dicit ei Thomas. Domine nescimus quod vadis, et quomodo possimus viam scire?

---

*MEDIT. LXXVI.**Ex Iohannis 14. num. 6. ad 7.*

I. **I**cit ei Iesus; ego sum via, veritas, et vita.

II. Nemo venit ad Patrem nisi per me.

III. Si cognouissetis me, et Patrem meum cognouissetis, et amodo cognoscetis eum.

MEDIT. LXXVII.

*Ex Ioannis 14. num. 8. ad 11.*

I. **D**icit ei Philippus. Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus. Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui video me, videret & Patrem:

II. Quomodo tu dicas, ostende nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis à me ipso non loquor, Pater autem in me manens ipse facit opera.

III. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite.

---

MEDIT. LXXVIII.

*Pro Dominica 2. post Pascha.*

*Ex Ioannis 14. num. 12. ad 17.*

I. **A**men amen dico vobis, qui creditis in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad Patrem vado.

II. Et quocunque petieritis in nomine meo, hoc faciam; si diligitis me, mandata mea seruate.

III. Et ego regabo Patrem; & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobis cum in eternum spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum; neque scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit.

---

## M E D I T . E X X I X .

*Ex Ioannis 14. num. 18. ad 21.*

I. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum, & Mundus me iam non videt: vos autem videtis me: quia ego viuo, & vos uiuetis.

II. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

III. Qui habet mandata mea, & seruat ea; ille est qui diligit me: Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.

MEDIT. LXXX.

Ex Ioannis 14. num. 22. ad 26.

I. **D**icit ei Iudas (non ille Iscariotes) Domine quid factum est, quia manifestaturus es nobis te ipsum, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: Si quis diligit me sermonem meum serpabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.

II. Qui non diligit me, sermonem meum non servat, & sermonem quem auditis non est meus, sed eius qui misit me Patris.

III. Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paracletus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggesteret vobis omnia quæcumque dixerim vobis.

N O T A E.

Iudas, nempe Thadæus frater S. Jacobi minoris auctor Epistola Canonica.

Quid factum est quæ causa fuit, etc. Respondit Iesus, se non Apostolis modo, sed omnibus qui ipsum dilexerint manifesteturuno se, immo mansurum cum ipsis,

In

In nomine meo. Quia Spiritus Sanctus  
a Filio quoq; procedit, & missitur, vel ita di-  
xit, quia missus est cum proper merita Christi,  
cum loco ipse.

---

## MEDIT. LXXXI.

*Ex Ioannis 14. num. 27. ad 31.*

I. **P**Acem relinquo vobis, pacem meā  
do vobis. Non quomodo mun-  
dus dat, ego do vobis; non turbetur cor  
vestrum, neque formidet.

II. Audistis quia ego dixi vobis: Va-  
do, & venio ad vos: si diligeretis me,  
gauderetis vtique, quia vado ad Patrem,  
quia Pater maior me est; & tunc dixi vo-  
bis priusquam fiat, vt cum factum fuerit,  
credatis.

III. Iam non multa loquar vobiscum,  
venit enim Principes mundi huius, & in  
me nō habet quicquam, sed vt cognoscat  
mundus, quia diligo Patrem, & sicut  
mandatum dedit mihi Pater sic facio;  
Surgite eamus hinc: hymno enim dicte re-  
liquum sermonis absolvit in istuc usq; ad  
egressum trans torrentem Cedron.

## N O T A.

Quia Pater maior me est, quoniam mar-  
tano

vam scilicet humanam, secundum quam va-  
do ad Patrem in celum, ut ibi humanitas  
mea in gloriam suam intret; nam quoad na-  
turam diuinam non vado ad Patrem, sed cum  
eo sum ubique. Vel maior est non natura,  
sed originis prioritate.

Princeps huius mundi. Diabolus qui  
permittente Deo dominatur in peccatores, uen-  
nit cum Inda, & suis Satellitibus ad me com-  
prehendendum, sed in me non habet quid-  
quam; nullum ius in me habet ratione pec-  
cati, sine originalis, sine actualis.

## M E D I T. LXXXII.

*Ex Ioannis c. 15. num. 1. ad 5.*

I. **E**go sum vitis vera, & Pater meus  
agricola est. Omnem palmitem  
in me non ferentem fructum, tollerem,  
& omnem qui fert fructum, purgabit  
eum, ut fructum plus afferat.

II. Iam vos mundi estis propter ser-  
monem, quem locutus sum vobis. Ma-  
nete in me, & ego in vobis. Sicut palma  
non potest ferre fructum à semetipso,  
nisi manserit in vite; sic nec vos nisi in  
me manseritis.

III. Ego sum vitis vos palmaries, qui  
manet in me, & ego in eo hic fert fru-  
ctum multum, quia sine me nihil pos-  
stis facere.

ME.

---

**MEDIT. LXXXIII.***Ex Ioannis 15. num. 6. ad 10.*

I. **S**i quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes, & aresceret, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardent.

II. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petereis, & fieri vobis.

III. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei Discipuli, sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.

IV. Si præcepta mea seruaueritis, malhebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta seruavi, & maneo in eius dilectione.

---

**MEDIT. LXXXIV.***Ex Ioannis 15, num. 11. ad 15.*

I. **H**ec locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleteatur. Hoc est præ-

ceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos.


II. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

III. Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.

### N O T A.

Maiorem hac dilectionem nemo habet: non negat Dominus maiorem esse dilectionem eius, qui animam suam ponit pro amicis quoq; sed loquuntur comparatione ad amicos; nemo quippe amicis potest maius dilectionis signum exhibere, quam morsendo pro ipsis; volebat enim eos horeare ad moriendum pro ipso, sicut ipse pro ipsis amicis suis moriendus erat.

Quæcunque audiui nota feci vobis, quia quæcunque audiui sic, ut manifestanda essent, parvum manifestauis iam, parvum deareuis manifestare suo tempore post missiōnem Spiritus Sancto.



M E.

*MEDIT. LXXXV.*

*Pro Dominica 3. post Pascha.  
Ex Ioannis 15. num. 16. ad 19.*

I. **N**on vos me elegistis, sed ego ele-  
gi vos, & posui vos, vt eatis, &  
fructum afferatis, & fructus vester ma-  
neat, vt quocunque petieritis Patrem  
in nomine meo det vobis.

II. Hæc mando vobis vt diligatis in-  
uicem. Si mundus vos odit, scitote quia  
me priorem vobis odio habuit.

III. Si de mundo fuissetis, mundus  
quod suum erat diligenter, quia verò de  
mundo non estis, sed ego elegi vos de  
mundo, propterea odit vos mundus.

---

*MEDIT. LXXXVI.*

*Ex Ioannis 15. num. 20. ad 23.*

I. **M**ementote sermonis mei, quem  
ego dixi vobis: Non est seruus  
maior Domino suo. Si me persecuti suat,  
& vos persequentur, si sermonem meum  
seruauerunt, & vestrum seruabunt.

II. Sed hæc omnia facient vobis pro-  
pter

pter nomen meum, quia nesciunt eum  
qui misit me.

III. Si non venissem, & locutus fuis-  
sem eis, peccatum non haberent: nunc  
autem excusationem non habent de pec-  
cato suo.

IV. Qui me odit, & Patrem meum  
odit.

---

*MEDIT. LXXXVII.*

*Ex Ioannis 15. num. 24. ad 27.*

I. **S**i opera non fecissem in eis, quæ  
nemo aliis fecit: peccatum non  
haberent, nunc autem, & viderunt, &  
oderunt & me, & Patrem meum.

II. Sed ut adimpleatur sermo, qui in  
lege eorum scriptus est: Quia odio ha-  
buerunt me gratis.

III. Cum autem venerit Paracletus,  
quem ego mittam vobis à Patre, Spi-  
ritum veritatis, qui à Patre procedit, ille  
testimonium perhibebit de me, & vos  
testimonium perhibebitis, quia ab initio  
mecum estis.

**N O T A.**

*Mittam vobis à Patre: hinc Gracielli-  
gebant Spiritum Sanctum non procedere à Fi-  
lio;*

lip; at quomodo illum mitteret, si non procederet ex illo? tantum ergo abest, ut hinc firmari possit Gracorum error, quin potius, ne quis suspicaretur eum à solo Filio procedere subiectis Christus, qui à Patre procedit, & inferius de meo accipiet.

---

## M E D I T . LXXXVIII.

*Ex Ioannis cap, 16. nū. 1. ad 5.*

I. **H**æc locutus sum vobis, ut non scandalizemini, absque Synagogis facient vos: sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo: Et hæc facient vobis, quia non ouerunt Patrem, neque me.

II. Sed hæc locutus sum vobis, ut cum venerit hora, reminiscamini eorum, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram.

III. Et nunc vado ad eum, qui misit me, et nemo ex vobis interrogat me quò vadis? *Licet enim cap. 13. Petrus interrogabit: Quò vadis; ibi sermo erat de profectione ad mortem Crucis, ad quam non tunc, sed postea secuturus erat Dominum.* Nunc autem sermo est de Profectione ad Patrem.

M E.

MEDIT. LXXXIX.

*Ex Ioannis 16. num. 6. ad 11.*

I. **S**ed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum, sed ego veritatem dico vobis: expediat vobis ut ego vadam; si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos, si autem abiero mittam eum ad vos.

II. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me.

III. De iustitia vero, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: De iudicio autem, quia Princeps huius mundi iam iudicatus est.

---

MEDIT. XC.

*Ex Ioannis 16. num. 12. ad 15.*

I. **A**d huc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò; cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, non enim loquetur a se metipso, sed quæcumque

454 TERTIA PARS  
que audiet loquetur, & quæ ventura sunt  
annuntiabit vobis.

II. Ille me clarificabit, quia de meo  
accipiet, & annuntiabit vobis.

III. Omnia quæcunq; habet Pater mea  
sunt: Propterea dixi, quia de meo acci-  
pier, & annunciabit vobis.

---

MEDIT. XC I.

Ex Ioannis 16. num. 16. ad 22.

I. **M**odicum, & iam non videbitis  
me, & iterum modicum, & vi-  
debitis me, quia vado ad Patrem. Dixe-  
runt ergo ex Discipulis eius ad inuicem:  
Quid est quod dicit nobis, modicum, &  
non videbitis me, & iterum modicum,  
& videbitis me, & quia vado ad Patrem?  
Dicebant ergo quid est quod dicit modi-  
cum? nescimus quid loquitur.

II. Cognovit autem Iesus, quia vo-  
lent cum interrogare, & dixit eis: De-  
hoc quæritis inter vos, quia dixi vobis.  
Modicum, & non videbitis me, & iterum  
modicum, & videbitis me? Amen amen  
dico vobis, quia plorabitis, & flabitis  
vos, mundus autem gaudebit, vos autem  
contristabimini.

III. Sed tristitia vestra conuertetur in  
gaudium: mulier cum parit tristiam  
ha-

habet, quia venit hora eius : cùm autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

---

*MEDIT. XCII.*

*Pro Dominica 4. post Pascha.*

*Ex Ioannis 16. num. 23. ad 27.*

I. ET in illo die me non rogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis. Usq, modò non petitis quidquam in nomine meo : Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.

II. Hæc in proverbijs locutus sum vobis : Venit hora cum iam non in proverbijs loquar vobis, sed palam de Pater annunciabo vobis.

III. In illo die in nomine meo petitis : & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amatis, & credidistis, quia à Deo exiui.

*MEDIT. XCIII.**Ex Ioannis 16. num. 28. ad 31.*

I. **E**xui à Patre, & veni in mundum:  
**E** iterum relinquo mundum, & va-  
do ad Patrem.

II. Dicunt ei Discipuli eius: Ecce nunc  
palam loqueris, & proverbium nullum  
dicas: nunc scimus quia scis omnia, &  
non opus est tibi, ut quis te interroget,  
in hoc credimus, quia à Deo existi.

III. Respondit eis Iesus, modò credi-  
tis? Ecce venit hora, & iam venit, ut dà-  
spergamini vobis quisque in propria, & me  
solum reliquatis: & non sum solus, quia  
Pater mecum est.

IV. Hęc locutus sum vobis, ut in me  
pacem habeatis. In mundo pressuram  
habebitis, sed confidite, ego vici mun-  
dum.

---

*MEDIT. XCIV.**Ex Ioannis cap. 17. num. 1. ad 5.*

I. **H**ęc locutus est Iesus, & subleua-  
tis oculis in cōclum dixit: Pater

ve-

venit hora , clarifica Filium tuum , vt FILIUS tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis , vt omne quod dedisti ei det eis vitam æternam .

II. Hæc est autem vita æterna , vt cognoscant te solum Deum verum , & quem misisti Iesum Christum .

III. Ego te clarificaui super terram : opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam , & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum , claritate quam habui , prius quam mundus esset , apud te .

---

## MEDIT. XCV.

*Ex Iohannis 17. num. 6. ad ro.*

I. **M**anifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo : Tui erant , & tibi eos dedisti , & monem tuum seruauerunt .

II. Nunc cognoverunt , quia omnia quæ dedisti mihi dedi eis , & ipsi acceperunt , & cognoverunt verè , quia à te exiui & crediderunt , quia tu me misisti .

III. Ego pra eis rogo , non pro mundo rogo , sed pro his quos dedisti mihi : quia tui sunt , & mea omnia tua sunt , & tua mea sunt , & clarificatus sum in eis .

## N O T A.

**P**ro eis rogo, non pro mundo : pro Apostolis nempe, & Discipulis, pro quibus tunc specialiter orabat : infra enim Medit. 98. rogauit etiam pro alijs ; h[oc] si pro mundo, intelligas impies, qui nungquam credituri essent in ipsum, & pro his non orasse efficaciter.

---

## MEDIT. XCVI.

**E**x Ioannis 17. num. II. ad 13.

I. **E**t iam non suppon mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater Sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint vnum Eccl[esi]a & nos.

II. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo : Quos dedisti mihi, custodisi, & nemo ex eis periret, nisi filius perditionis, ut Scriptura impleteatur.

III. Nunc autem ad te venio, & haec loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

¶  
¶

MEDIT. XCVII.

*Ex Ioannis 17. num. 14. ad 19.*

I. **E**go dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.

II. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo, *idest à Dæmonie.* De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.

III. Sanctifica eos in veritate, sermo tuus verax est, sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum, & pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate.

---

MEDIT. XCVIII.

*Ex Ioannis 17. num. 20. ad 23.*

I. **N**on pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes vnu sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint, ut credat mundus quia tu me misisti.

II. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint vnum, sicut & nos vnum sumus.

III. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in vnum, & cognoscatur mundus, quia tu me misisti, & dilexi eos, sicut & me dilexisti.

---

### MEDIT. XCIX.


*Pro Dominica ante Ascensionem.*

*Ex Ioann. 17. num. 24. ad 26.*

I. Pater quos dedisti mihi, volo, ut vbi sum ego, & illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutio- nem Mundi.

II. Pater iuste, mundus te non cognovit, ego autem te cognoui: & hi cognoverunt, quia tu me misisti.

III. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio, qua dilexi- sti me in ipsis sit, & ego in ipsis.



MEDIT. C.

*Ex Matth. c. 28. nū. 16. ad 20.*

I. **V**Ndecim autem Discipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi constituerat illis Iesus, & videntes eum adorauerunt.

II. Et accedens Iesus locutus est eis dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: docentes eos seruare omnia quæcunq; mandavi vobis.

III. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem saeculi.

---

MEDIT. CI.

*Ex Marci cap. 16. num. 14. ad 18.*

*& Luce 24. num. 49.*

I. **N**OISSIMÈ recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia ijs qui viderant eum resurre-

482 TERTIA PARS  
xisse non crediderunt.

II. Et dixit eis : Euntes in munera  
vniuersum , prædictate Euangelium omni  
creaturæ : Qui crediderit ; & baptizatus  
fuerit, saluus erit , qui verò non credide-  
rit condemnabitur .

III. Signa autem eos qui crediderint  
hæc sequentur. In nomine meo dæmo-  
nia ejcent, linguis loquentur nouis; ser-  
pentes tollent, & si mortiferum quid bi-  
berint non eis nocebit ; super ægros ma-  
nus imponent & bene habebunt .

IV. Et ego mitto promissum Patris  
mei in vos : Vos autem sedete in Ciuita-  
te, quoadusque induamini virtute ex  
alto .

Præcedens apparitio fuerit in Monte Gali.  
Ieas at hæc Ierosolymis , quo iussu Domini se  
contulerunt, ut interessent deinde Ascensioni  
ex Monte Oliveti in Cælum, & est illa, de qua  
in Actis Apostolorum cap. 1. dicitur, & con-  
uescēs, & unde Meditatione sequenti supple-  
bimus reliqua ibi dicta à Domino .



MEDIT. CII.

*Pro Vigilia Ascensionis.*

*Ex Actis Apostolorum cap. I.,  
num. 1. ad 8.*

I. Primum quidem sermonem, *inquit S. Lucas de suo Euangelio*, feci de omnibus à Theophile, quæ cœpit Iesus facere, & docere usq; in diem, qua præcipiens Apostolis per Spiritum Sanctum, quos elegit assumptus est: Quibus, & prebuit seipsum viuum post passionem suam, in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.

II. Et conuescens præcepit eis, ab Ierosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam audistis (*inquit*) per os meum: Quia Ioannes quidem baptizauit aqua; vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies.

III. Igitur, qui conuenerant interrogabant eum dicentes: Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.

Sed

IV. Sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus Sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, & usq; ad ultimum terræ.

---

## MEDIT. CIII.

Pro Feste Ascensionis.

*Ex Marci 16. nro. 19. & 20. Luce  
24. nro. 50. & 53. & Acto-  
rum 1. nro. 9. ad 14.*

I. **E**T Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, & cum hæc dixisset, eduxit eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus benedixit eis. & factum est dum benediceret illis, videntibus illis, eleuatus est, & recessit ab eis, & ferebatur in cœlum, & nubes suscepit eum ab oculis eorum, & assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.

II. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum; Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.

Et

III. Et ipsi adorātes tunc regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno à monte , qui vocatur Oliueti , qui est iuxta Ierusalem , Sabbati habens iter , & erant semper in templo laudantes , & benedictentes Deum . Amen .

IV. Et cum venissent in coenaculum ascenderunt ubi manebant Petrus , & Iohannes , Iacobus , & Andreas , Philippus , & Thomas , Bartholomæus , & Matthæus , Iacobus Alphæi , & Simon Zelotes , & Iudas Iacobi . Hi omnes erant persecutantes vñanimiter in oratione cum mulieribus , & MARIA Matre IESV , & fratribus eius . Illi autem profecti *nempe post aliquot menses* prædicauerunt ubiq; Domino cooperante , & sermonem confirmante sequentibus signis .

### N O T A.

*Sabbati habens iter Hebræis Chibrat : erat spatium mille cubitorum , idest pedum 1500. seu passum 300. quos non licebat dies Sabbati excedere ; tamenq; dñm ergo distabat pes Montis Oliveti à Ierosolyma .*



*Hactenus Euangeliū Domini nostri  
Iesu Christi, ex quatuor Euan-  
listarum verbis con-  
structum.*

**P**Ost Ascensionem Domini possemus meditari per 8. dies sequentes, aternam felicitatem Sanctorum, deinde ex Actis Apostolorum Spiritus Sancti missionem; & posteà eius dona effusa in Ecclesiam, & infusa Sanctis: Postea vero in Feste SS. Trinitatis de Deo, & tribus Singillatim Personis Diuinis vsq; ad Festum Corporis Christi in quo, & per totam octauam de Sanctissimo Eucharistia Sacramento:

Ab Octaua autem Corporis Christi resumenda est secunda pars vitæ IESV Christi Domini nostri ibi, vbi interrupta fuit Dominica Septuagesimæ.

F I N I S.

Pag. Lin. Errata.

35	7	<i>testamentem</i>	<i>testamentum</i>
37	27	<i>Domini</i>	<i>Domine</i>
77	27	<i>mirabili</i>	<i>mirabilis</i>
104	vlt.	<i>negotiationes</i>	<i>negotiationis</i>
105	26	<i>die</i>	<i>diem</i>
116	7	<i>vult.</i>	<i>vlt.</i>
134	17	<i>oris</i>	<i>eris</i>
138	20	<i>dirigenti</i>	<i>dirigente</i>
165	25	<i>exiicit</i>	<i>cicit</i>
169	6	<i>flagellabant</i>	<i>flagellabunt</i>
177	3	<i>femetiplos,</i>	<i>femetipsis,</i>
192	23		
372	15		
435	29	<i>Magdalenz</i>	<i>Magdalene</i>
488	15		
195	21	<i>spoglia</i>	<i>spolia</i>
199	21	<i>assegisse</i>	<i>assigisse</i>
201	Penul. co		&
203	14	<i>temporaneum,</i>	<i>temporalis,</i>
218	16	<i>Scriptura</i>	<i>scriptum</i>
229	19	<i>tam</i>	<i>tantè</i>
271	15	<i>ità</i>	<i>ite</i>
286	5	<i>socerus</i>	<i>socrus</i>
293	Penul. eris		<i>erit</i>
294	27	<i>habi</i>	<i>habe</i>
306	5	<i>facit</i>	<i>facio</i>
324	21	<i>adducit</i>	<i>adducit</i>
330	22	<i>bucio</i>	<i>biuio</i>
332	13	<i>abijt</i>	<i>abit</i>
355	17	<i>consummationes</i>	<i>consummationis</i>
368	20	<i>videbitur</i>	<i>videtur</i>
374	vlt.	<i>intigit</i>	<i>intingit</i>
378	7	<i>at</i>	<i>ait</i>
403	15	<i>dimitterit</i>	<i>dimitteret</i>
423	17	<i>nouissimus peior</i>	<i>nouissimus error.</i> <i>peior</i>
427	12	<i>ille</i>	<i>ille</i>
455	24	<i>do</i>	<i>de</i>

Corrigē.









